| 1621. | 7. | G. | 28. Ianu. | 14. Febr. | 1. Apri. | 10. Maij. | 20. Maij. | 31. Maii. | 27. | 2. Decē. |
| 1622. | 8. | F. | 17. Febr. | 6. Mar. | 21. Apri. | 30. Maij. | 9. Iunij. | 20. Iunii. | 24. | 1. Decē. |
| 1623. | 9. | E. | 9. Febr. | 26. Febr. | 13. Apri. | 22. Maij. | 1. Iunij. | 12. Iunii. | 25. | 30. Nouē. |

# TABVLA PERPETVA
## FESTORVM MOBILIVM.

| Litera Dõin. | Aureus numerus. | Septuageſima. | Dies Cinerum. | Dies Paſchæ. | Aſcenſio Domini. | Dies pẽtecoſtes. | Corporis Chri. | Domin. poſt pẽt. | Aduẽtus Domini |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | 1. 4. 9. 12. | 5. Febr. | 22. Febr. | 9. Apri. | 18. Maij. | 28. Maij. | 8. Iunii. | 26. | 3. Decẽ. |
| | 2. 5. 13. 16. | 22. Ianu. | 8. Febr. | 26. Mar. | 4. Maij. | 14. Maij. | 25. Maii. | 28. | 3. Decẽ. |
| | 3. 6. 11. 14. 17. | 12. Febr. | 1. Mar. | 16. Apri. | 25. Maij. | 4. Iunij. | 15. Iunii. | 25. | 3. Decẽ. |
| | 7. 10. 15. 18. | 29. Ianu. | 15. Febr. | 2. Apri. | 11. Maij. | 21. Maij. | 1. Iunij. | 27. | 3. Decẽ. |
| | 8. 19. | 19. Febr. | 8. Mar. | 23. Apri. | 1. Iunii. | 11. Iunij. | 22. Iunij. | 24. | 3. Decẽ. |
| B | 1. 9. 12. 17. | 6. Febr. | 23. Febr. | 10. Apri. | 19. Maij. | 29. Maij. | 9. Iunii. | 25. | 27. Nouẽ. |
| | 2. 5. 13. 16. | 23. Ianu. | 9. Febr. | 27. Mar. | 5. Maij. | 15. Maij. | 26. Maii. | 27. | 27. Nouẽ. |
| | 3. 6. 11. 14. | 13. Febr. | 2. Mar. | 17. Apri. | 26. Maij. | 5. Iunij. | 16. Iunii. | 24. | 27. Nouẽ. |
| | 4. 7. 10. 15. 18. | 30. Ianu. | 16. Febr. | 3. Apri. | 12. Maij. | 22. Maij. | 2. Iunii. | 26. | 27. Nouẽ. |
| | 8. 19. | 20. Febr. | 9. Mar. | 24. Apri. | 2. Iunij. | 12. Iunij. | 23. Iunii. | 23. | 27. Nouẽ. |
| C | 1. 6. 9. 12. 17. | 7. Febr. | 24. Febr. | 11. Apri. | 20. Maij. | 30. Maij. | 10. Iunii. | 25. | 28. Nouẽ. |
| | 2. 5. 10. 13. 16. | 24. Ianu. | 10. Febr. | 28. Mar. | 6. Maij. | 16. Maij. | 27. Maii. | 27. | 28. Nouẽ. |
| | 3. 11. 14. 19. | 14. Febr. | 3. Mar. | 18. Apri. | 27. Maii. | 6. Iunij. | 17. Iunii. | 24. | 28. Nouẽ. |
| | 4. 7. 15. 18. | 31. Ianu. | 17. Febr. | 4. Apri. | 13. Maij. | 23. Maij. | 3. Iunii. | 26. | 28. Nouẽ. |
| | 8. | 21. Febr. | 10. Mar. | 25. Apri. | 3. Iunii. | 13. Iunij. | 24. Iunii. | 23. | 28. Nouẽ. |
| D | 1. 6. 9. 17. | 8. Febr. | 25. Febr. | 12. Apri. | 21. Maij. | 31. Maij. | 11. Iunii. | 25. | 29. Nouẽ. |
| | 2. 5. 10. 13. | 25. Ianu. | 11. Febr. | 29. Apri. | 7. Maii. | 17. Maij. | 28. Maii. | 27. | 29. Nouẽ. |
| | 3. 8. 11. 14. 19. | 15. Febr. | 4. Mar. | 19. Apri. | 28. Maij. | 7. Iunij. | 18. Iunii. | 24. | 29. Nouẽ. |
| | 4. 7. 12. 15. 18. | 1. Febr. | 18. Febr. | 5. Apri. | 14. Maij. | 24. Maij. | 4. Iunii. | 26. | 29. Nouẽ. |
| | 16. | 18. Ianu. | 4. Febr. | 22. Mar. | 30. Apri. | 10. Maii. | 21. Maij. | 28. | 29. Nouẽ. |
| E | 1. 4. 7. 12. 15. | 2. Febr. | 19. Febr. | 6. Apri. | 15. Maij. | 25. Maij. | 5. Iunii. | 26. | 30. Nouẽ. |
| | 2. 10. 13. 18. | 26. Ianu. | 12. Febr. | 30. Mar. | 8. Maij. | 18. Maij. | 29. Maii. | 27. | 30. Nouẽ. |
| | 3. 8. 11. 19. | 16. Febr. | 5. Mar. | 20. Apri. | 29. Maij. | 8. Iunij. | 19. Iunii. | 24. | 30. Nouẽ. |
| | 5. 16. | 19. Ianu. | 5. Febr. | 23. Mar. | 1. Maij. | 11. Maij. | 22. Maii. | 28. | 30. Nouẽ. |
| | 6. 9. 14. 17. | 9. Febr. | 26. Febr. | 13. Apri. | 22. Maij. | 1. Iunii. | 12. Iunii. | 25. | 30. Nouẽ. |
| F | 1. 4. 12. 15. | 3. Febr. | 20. Febr. | 7. Apri. | 16. Maij. | 26. Maij. | 6. Iunii. | 26. | 1. Decẽ. |
| | 2. 7. 10. 13. 18. | 27. Ianu. | 13. Febr. | 31. Mar. | 9. Maij. | 19. Maij. | 30. Maii. | 27. | 1. Decẽ. |
| | 3. 6. 9. 14. 17. | 10. Febr. | 27. Febr. | 14. Apri. | 23. Maii. | 2. Iunij. | 13. Iunii. | 25. | 1. Decẽ. |
| | 5. 16. | 20. Ianu. | 6. Febr. | 24. Mar. | 2. Maij. | 12. Maij. | 23. Maij. | 28. | 1. Decẽ. |
| | 8. 11. 19. | 3. Febr. | 6. Mar. | 21. Apri. | 30. Maij. | 9. Iunii. | 20. Iunii. | 24. | 1. Decẽ. |
| G | 1. 4. 9. 12. 15. | 4. Febr. | 21. Febr. | 8. Apri. | 17. Maij. | 27. Maij. | 7. Iunii. | 26. | 2. Decẽ. |
| | 2. 7. 10. 18. | 28. Ianu. | 14. Febr. | 1. Apri. | 10. Maij. | 20. Maij. | 31. Maii. | 27. | 2. Decẽ. |
| | 3. 6. 14. 17. | 11. Febr. | 28. Febr. | 15. Apri. | 24. Maij. | 3. Iunii. | 14. Iunii. | 25. | 2. Decẽ. |
| | 5. 13. 16. | 21. Ianu. | 7. Febru. | 25. Mar. | 3. Maij. | 13. Maij. | 24. Maii. | 28. | 2. Decẽ. |
| | 8. 11. 19. | 18. Febr. | 7. Mar. | 22. Apri. | 31. Maij. | 10. Iunij. | 21. Iunii. | 24. | 2. Decẽ. |

AD maiorem commoditatem inueniendi feſta mobilia poſita eſt iſta tabula: in qua, inuenta litera Dominicali, & iuxta eam Aureo numero anni currentis, ad rectam lineam eiuſdem Aurei numeri progrediendo, omnia Feſta mobilia illius anni, quo die & menſe aduenerint, reperiuntur. In anno autem Biſſextili, ſemper Septuageſima quærenda eſt per primam literam Dominicalem. Quod ſi ipſa Septuageſima venerit ante IIII. Idus, ſiue decimum diem Februarij, etiam dies Cinerum per ipſam primam literam debet quæri. Si verò Septuageſima poſt IIII. Idus, ſeu 10. diem Februarij venerit, dies Cinerum cum reliquis feſtis mobilibus quærenda eſt per ſecundam literam Dominicalem, quæ mutatur in feſto S. Mathiæ. Si autem numerus Septuageſimæ, & aliorum feſtorum mobilium ad rectam lineam Aurei numeri anni currentis in ſecunda litera aſsignatus, ſuperet numerum dierum huiuſmodi ad rectam lineam eiuſdem Aurei numeri in prima litera aſsignatum: tunc reliqua feſta mobilia poſt Septuageſimam non erunt ſumenda ad rectam lineam aurei numeri currentis in ſecunda litera, ſed ad rectam lineam Septuageſimæ, quę vnius diei numero minus in ſecunda litera ſignatur. Vt ſi in litera D, Septuageſima ſignatur 15. Februarij, Cineres, & reliqua feſta mobilia ſumuntur ad rectam lineam Septuageſimæ, quæ in ſecunda litera C, ponitur 14. Februarij: & in huiuſmodi alijs ſimiliter. Quia numerus dierum in ſecunda litera ſignatus, vno die ſemper in anno Biſſextili minuitur à numero dierum primæ literæ.

# ALIA TABVLA PERPETVA FESTORVM MOBILIVM INVENIENDORVM.

| Aureus numer. | Litera Domin. | Septuageſima. | Dies Cinerum. | Paſcha. | Aſcenſio. | Pentecoſtes. | Corporis Chriſti. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 5. | d | 18. Ianu. | 4. Febr. | 22. Mar. | 30. Apri. | 10. Maii. | 21. Maij. |
| | e | 19. | 5. | 23. | 1. Maij. | 11. | 22. |
| 13. | f | 20. | 6. | 24. | 2. | 12. | 23. |
| 2. | g | 21. | 7. | 25. | 3. | 13. | 24. |
| | A | 22. | 8. | 26. | 4. | 14. | 25. |
| 10. | b | 23. | 9. | 27. | 5. | 15. | 26. |
| | c | 24. | 10. | 28. | 6. | 16. | 27. |
| 18. | d | 25. | 11. | 29. | 7. | 17. | 28. |
| 7. | e | 26. | 12. | 30. | 8. | 18. | 29. |
| | f | 27. | 13. | 31. | 9. | 19. | 30. |
| 15. | g | 28. | 14. | 1. April. | 10. | 20. | 31. |
| 4. | A | 29. | 15. | 2. | 11. | 21. | 1. Iunij. |
| | b | 30. | 16. | 3. | 12. | 22. | 2. |
| 12. | c | 31. | 17. | 4. | 13. | 23. | 3. |
| 1. | d | 1. Febru. | 18. | 5. | 14. | 24. | 4. |
| | e | 2. | 19. | 6. | 15. | 25. | 5. |
| 9. | f | 3. | 20. | 7. | 16. | 26. | 6. |
| | g | 4. | 21. | 8. | 17. | 27. | 7. |
| 17. | A | 5. | 22. | 9. | 18. | 28. | 8. |
| 6. | b | 6. | 23. | 10. | 19. | 29. | 9. |
| | c | 7. | 24. | 11. | 20. | 30. | 10. |
| 14. | d | 8. | 25. | 12. | 21. | 31. | 11. |
| 3. | e | 9. | 26. | 13. | 22. | 1. Iunij. | 12. |
| | f | 10. | 27. | 14. | 23. | 2. | 13. |
| 11. | g | 11. | 28. | 15. | 24. | 3. | 14. |
| | A | 12. | 1. Martij. | 16. | 25. | 4. | 15. |
| 19. | b | 13. | 2. | 17. | 26. | 5. | 16. |
| 8. | c | 14. | 3. | 18. | 27. | 6. | 17. |
| | d | 15. | 4. | 19. | 28. | 7. | 18. |
| | e | 16. | 5. | 20. | 29. | 8. | 19. |
| | f | 17. | 6. | 21. | 30. | 9. | 20. |
| | g | 18. | 7. | 22. | 31. | 10. | 21. |
| | A | 19. | 8. | 23. | 1. Iunij. | 11. | 22. |
| | b | 20. | 9. | 24. | 2. | 12. | 23. |
| 16. | c | 21. | 10. | 25. | 3. | 13. | 24. |

IN hac tabula quæratur Aureus numerus anni currentis, ſub quo litera Dominicalis anni eiuſdem quæ prima occurrerit. Nam ex eius directo habebuntur feſta mobilia ipſius anni, quoto ſcilicet die menſis quæq; celebrentur, qui dies eius menſis eſt, cuius nomen proximè ſuprà ſcribitur. Verùm in anno biſſextili ex geminis literis Dominicalibus capienda eſt poſterior, quæ ſcilicet poſt S. Mathiæ feſtum anno inſeruiat. Sed tunc Septuageſima, ac etiam ſi intra Februarium ceciderit Quadrageſima, celebranda eſt poſtridiè quàm Tabula indicabit.

FESTA

# FESTA IN QVIBVS PASTORES IN PAROCHIIS CONCIONARI DEBENT, ET QVORVM VIOLATORES ETIAM TEMPORALIBUS pœnis affici debent: per R. Archiepiſcopatum Treuerenſem.

In Ianuario.
1. Feſtum Circunciſionis Domini.
6. Epiphania Domini.
29. Valerij Epiſcopi Treuerenſis feſtum celeb. intra ciuitatem Treuer. per totũ, extra verò ante prandium.
In Februario.
2. Purificationis B. Mariæ Virginis.
24. Matthiæ Apoſtoli.
In Martio.
25. Annunciationis dominicæ.
In Aprili.
25. Marci Euangeliſtæ, vſq; ad prandium.
In Maio.
1. Philippi & Iacobi Apoſtolorum.
In Iunio.
24. Natiuitatis Ioannis Baptiſtæ.
29. Petri & Pauli Apoſtolorum.
In Iulio.
22. Mariæ Magdalenæ.
25. Iacobi Apoſtoli.
In Auguſto.
10. Laurentij martyris.
15. Aſſumptionis B. Mariæ virginis.
24. Bartholomæi Apoſtoli.
In Septembri.
8. Natiuitatis B. Mariæ virginis.
14. Exaltatio S. Crucis & S. Materni.
21. Matthæi Apoſtoli.
29. Michaelis Archangeli.
In Octobri.
28. Simonis & Iudæ Apoſtolorum.
In Nouembri.
1. Omnium Sanctorum.
11. Martini Epiſcopi.
25. Catharinæ virginis.
30. Andreæ Apoſtoli.
In Decembri.
6. Nicolai Epiſcopi.
8. Conceptionis B. Mariæ, Et Eucharij.
21. Thomæ Apoſtoli.
25. Natiuitatis Chriſti.
26. Stephani Protomartyris.
27. Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ.

Omnibus diebus Dominicis, Paſchæ cum duobus ſequentibus, Aſcenſionis dominicæ, Pentecoſtes cum duobus ſequẽtibus diebus & Corporis Chriſti, Parochis concionandum, & populo à laboribus ceſſandum eſt quoque, ſicut in feſtis præſcriptis.

Patronorum feſta, Item Viſitationis & Præſentationis B. Mariæ Virginis, Inuentionis S. Crucis, Dedicationis templorum, & multorum aliorum Sanctorum ſecundum conſuetudinem, quæ non temerè violanda eſt, ſeruentur ex populi laudabili deuotione potiùs quàm obligatione præcepti, quod eos modo obliget.

Sic quoque ex populi deuotione & loci conſuetudine ſeruanda ſunt, dies Animarum, Innocentium, Cinerum, Paraſceues, Cœnæ dominicæ, Sabbati magni.

Ieiunium Bannitum feria ſexta poſt Quaſi modo geniti, per totam Diœceſim ſemper ſeruandum.

In ſummis feſtiuitatibus Paſchæ, Pentecoſtes & Natiuitatis Domini Germanicæ cantiones, quæ in Eccleſia Catholica antiquitùs à populo decantari ſolent, obſeruentur, aliæ autem recenter inuectæ, abrogentur.

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CATHOLICÆ INSTRVCTIONES.

## DE SACRAMENTIS IN GENERE.

### Quid Sacramentum.

SAcramentum eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma atque ſignum, ita, vt eius imaginem gerat, & cauſa exiſtat. Nam Sacramentum, vt ait S. Auguſt. eſt, in quo ſub tegumento rerum viſibilium, diuina virtus operatur ſalutem.

### De Materia & Forma.

IN omni Sacramento eſt ſignum viſibile, ſiue ſenſibile, hoc eſt, quod ſenſu aliquo exteriori deprehenditur, & præcipuè viſu & auditu. I.
Et hæc ſigna conſtant ex materia & forma : ſiue, vt dicit D. Augu. ex elemento & verbo. Accedit, inquit, verbum ad elementum, & fit Sacramentum.

Hæc duo neceſſaria ſunt ad veritatem & integritatem cuiuſque ſacramenti, vt ſi alterum deſit, non poſsit conſtare ratio ſacramenti. II.
Propterea in ſacramentis Paſtores diligentes eſſe debent, ut non ignorent materiam & formam ſacramentorum. Hæc enim pertinent ad neceſsitatem, alia ad ſolemnitatem, quæ tamen prætermittenda non ſunt, niſi in mortis, & neceſsitatis articulo.

### De Effectu Sacramentorum

EffectusSacramentorum eſt gratia: licèt enim Deus ſit author & largitor gratiæ, vt cauſa principalis, vtitur tamen ſacramentis vt cauſa inſtrumentali: dum enim Sacramenta hominibus adhibentur, confertur eis gratia diuina, ex virtute paſsionis Chriſti.

### De Charactere.

ALius eſt effectus Sacramentorum, nō omnium, ſed trium tantum, videlicet Baptiſmi, Confirmationis, & Ordinis, qui dicitur Character, & eſt ſignum quoddam inuiſibile, quod animæ ſuſcipientis talia ſacramenta imprimitur : & quia eſt indelebile, nunquam illa ſacramenta poſſunt iterari, neque propter peccata, neque propter hæreſim, aut vllam infidelitatem.

### De Miniſtro.

DEus eſt author, & inſtitutor Sacramentorū, homo vero miniſter & diſpenſator. Et quia illud, quod eſt effectus ſacramenti, nō im-

impetratur oratione miniſtri, ſed ex merito paſsionis Chriſti, ideo non datur melior effectus per meliorẽ miniſtrũ. Vnde D. Aug. ſuper illud Ioannis. Super quem videris &c, Quid tibi facit bonus miniſter, niſi bonus dominus?

## Peccant mali miniſtri adminiſtrando Sacramenta.

MIniſtri ſacramẽtorum ſancti eſſe debent: ſicut Dominus ſanctus eſt: quare ad irreuerentiam Dei pertinet, quando indignè ſacra menta tractãt: et grauiſsimè peccant, qui cum conſcientia peccati mortalis, quodcunque ſacramentum adminiſtrant.

## A malis miniſtris licet accipere Sacramenta.

QVamdiu tolerãtur ab Eccleſia mali miniſtri, ſe tantùm lædunt, non alios, ſacramenta adminiſtrando: quemadmodum fax accenſa, inquit Nicolaus Papa, ſibi detrimentum præſtat, alijs vero lumẽ in tenebris adminiſtrat. Quando autem mali miniſtri præciſi ſunt ab Eccleſia, hoc eſt, excommunicati, vel nominatim, vel propter violẽtam & notoriam verberationem clerici, vel alioqui degradati, aũt ſuſpenſi nominatim, non licet ab eis ſacramenta accipere, quia communicaremus peccatis alienis.

## De Intentione.

IN miniſtro requiritur intentio id faciendi, quod facit Eccleſia, quæ intentio exprimitur per verba, quæ in ſacramentis dicuntur, vt cùm dicitur, Ego te baptizo in nomine patris &c.

Fides tamen miniſtri recta, neceſsaria non eſt, ſicut nec bonitas, quia non agit in virtute propria, ſed in virtute Chriſti: vnde hæretici, & alij infideles, quando ſeruant formam Eccleſiæ & proponũt facere id quod facit Eccleſia catholica, licèt id credant nihil eſſe, poſſunt verum baptiſmum conferre.

## Quot ſunt Sacramenta?

SEptem, Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium. Quæ poſſuut ſæpius iterari præter Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem: in quibus character indelebilis, vt dictum eſt, imprimitur.

# DeSacramento Baptiſmi catholica inſtructio. 

BAptiſmus eſt ſacramentum regenerationis per aquam in verbo: I
Accedit enim verbum ad elementum,& fit ſacramentum.

Sine hoc, re vel voto ſuſcepto, nemo ſaluari poteſt, aut cum Eccleſia II
catholica communionẽ vllam habere, immò nec in cœmeterio fidelium ſepeliri.

Vt bis naſci, ſic nec renaſci per baptiſmum idem bis poteſt. III

Sacramentum hoc, præter verbum & elementum, ſiue formã & ma- IIII
teriam, vt vocant, neceſſariò requirit miniſtrum,& recipiẽtem, cum intentione debita, quorum vel vno deficiente, Sacramentum eſſe non poteſt.

Quauis parte naturalis diei, Baptiſmus ritè confertur, id eſt, quouis V
tempore.

## De Materia Baptiſmi.

MAteria eſt aqua naturalis, qualis eſt putei, fluuij, maris, fontis, pa- I
ludis, pluuiæ.

Extra neceſsitatem Baptiſmus ſine aqua, chriſmate nouo illius anni, II
(nam chriſma & oleum præcedentis anni comburenda ſunt.) & ſacerdotis oratione, ſingulis annis, ſabbatho ſancto Paſchæ, & in vigilia Pentecoſtes ſanctificata, abſque peccato conferri nequit.

## De Forma Baptiſmi.

FOrma Baptiſmi (quam verbum vitæ vocat Apoſtolus) eſt: Egó I
te baptizo in nomine Patris,& Filij,& Spiritus S. Amen. Matt. 28.

Quauis lingua, forma proferri poteſt (immò Parochi obſtetrices do- II
cere debent, vt vernaculo ſermone in neceſsitate baptizent) quamuis à ſacerdote in Eccleſia latina, & Romana, latinè tantum debeat pronunciari.

## De Miniſtro Baptiſmi.

PRoprius miniſter huius Sacramenti eſt Epiſcopus, vel Parochus, I
& Sacerdos, quem hi ſubſtituunt. Diaconis verò, ſine Epiſcopi aut Parochi licentia, non licere ordinariè baptizare quẽquam, plurima Sanctorum patrum teſtimonia probant.

Cogente ſumma neceſsitate, ſine ſolennibus cæremonijs baptizare
poſſunt Laici, Iudęi, Pagani, Fœminę, Pater, Mater, 30. q. 1. cap. Ad limina. etiã Hęretici, modò ſeruatis legitimis forma, & materia, velint hoc facere, quod Catholica Eccleſia in haç ablutione intendit. Notã- II

dum tamen quòd præſente viro nō debeat baptizare mulier, nec laicus præſente clerico, neq; clericus coram ſacerdote. et c. neque ſacerdos extra neceſsitatē, niſi ſit parochus, aliàs efficietur irregularis. De cle.nō ord.ca.1. Immò ſacerdos nō debet aliquē baptizare, niſi ſit eius parochianus.16.q.1.ca. Interdicimus.

III Parochus Baptizatorum, & patrinorū nomina libro Eccleſiæ inſcribat, ſicut ea inſcribuntur libro vitæ Eccleſiæ triumphantis, doceatq; ea, quæ infrà habentur, de Patrinis.

IIII Baptizantis Iudæ, vel cuiuſuis miniſtri improbitas, non impedit huius ſacramēti virtutē et efficaciā, quoniā à Chriſto, nō a miniſtris depēdet.

V Sacerdos cum ſolennibus cęremonijs, extra caſum neceſsitatis (quo etiam Iudæus poſſet baptizare) in peccato mortali baptizās, peccat mortaliter.

VI Extra neceſsitatem ſolenniter baptizans, niſi parochus ſit, peccat: valet tamen baptiſmus.

VII Miniſter, qui ſemper vnus eſſe debet, ſolenniter baptizans, ſtolam ad collum habere debet, indutus ſuperpelliceo.

VIII Nemo ſeipſum baptizare poteſt.

## De Suſcipientibus Baptiſmum.

I OMnes qui nati ſunt homines, renaſci per baptiſmū poſsūt, et poſt obligationē promulgatam baptiſmi, ex Dei præcepto baptizari tenētur. Pueros autem ab Apoſtolorum tēporibus, ſemper baptizauit Eccleſia Romana et Apoſtolica, & quo citiùs confertur eis, tanto ſecuriùs fit, propter naturæ imbecillitatē, qua facilè moriuntur, nō tamē antequā extra vētrē matris appareant. De cōſe. diſt 4.ca. Si ad matris.

II Pueri infidelium, inuitis parentibus, baptizandi non ſunt, ante vſum rationis.

III Amentes & furioſi, qui nunquā habuerunt vſum rationis, etiā repugnantes, baptizantur vt pueri: qui aliquando vſum rationis habuerunt, & ſani baptiſmum petierunt, etiam in amentia baptizandi ſunt.

IIII Monſtra quibus ſunt duo capita, pectora duo, tanquam duo homines baptizādi, idque ſemper, ſi certū ſit, ibi eſſe duas animas rationales: Si vero dubitetur, tūc vnus illorū abſolutè, alter ſub cōditiōe baptizādus ē.

V Adulti infideles baptizari poſſunt, ſi petant baptiſmū, et nō perſeuerent in voluntate peccādi, quamuis diu multūque docēdi, et probandi (niſi neceſsitas aliud ſuadeat) ne ficto animo accedentes, & ignorantes myſteria fidei, tandem cum dedecore deficiant.

VI Expoſiti & inuenti infantes, de quorum baptiſmo dubitatur, poſſunt,

&

& debent baptizari ſub conditione: Si nõ es baptizatus ego te baptizo, in nomine Patris,& Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

## De Effectibus Baptiſmi.

Præcipui effectus baptiſmi aquæ quatuor eſſe tradũtur:quorũ primus eſt Gratia, qua remittitur peccatũ Originale,etiã actuale,in adultis. I
Secundus eſt,totius pœnæ,quæ peccatis debetur, Remiſsio. II
Tertius autem eſt Character,quo traditur poteſtas omnia recipiendi Sacramenta,quæ ſine baptiſmo præcedente, conferri non poſſunt. III
Quartus eſt ablatio irregularitatis omnis, præter eam, quæ ex bigamia naſcitur,non tamen aufert obligationem aliam circa perſonam. IIII

## De Solennitatibus Baptiſmi.

Sacras cæremonias & ritus Baptiſmi,ſine neceſsitate omittere aut mutare ſacrilegiũ eſt.Quod ſi propter aliquã neceſsitatẽ, aut hæreſim omiſſa fuerint,ſtatim cum id fieri poteſt,adhibeantur,idque in loco ſacro.Nam ſicut Baptiſmns,ſic Baptiſmi ſacræ cæremoniæ, in ecclesia tantum ſuſcipiendæ. I

Solemnitatum harum quædam Baptiſmum antecedunt,ucz Catechiſmus,qui eſt inſtructio fidei,quam baptizandus debet profiteri. Exorciſmus,cuius tres ſunt cæremoniæ, Exſufflatio ſcilicet, qua Dæmonis ſignificatur expulſio. Salis in os Immiſsio, ad denotandam ſapientiam,qua opera chriſtiana debent eſse condita. Saliuæ quoque baptizãdi auribus, & naribus Appoſitio,ad denotãdum ſpiritualium ſenſuũ apertionem. Antecedit quoque baptismum Vnctio babtizandi in pectore & in ſcapulis,quæ fit oleo Catechumenorum,quod oleũ ſanctũ, ſiue ſalutis vocatur,nimirum propter ſpiritualem ſalutem. Quædam etiam Baptiſmum conſequuntur, quarum vna eſt ſincipitis Signatio chriſmate ſancto,per quam denotatur ius collatum ad gloriã futurã, & præparatio cuiuſque Chriſtiani ad reddendam rationem de ea,quæ in ipſo eſt,fide: Altera verò ueſtis candidæ Traditio, ſtatum innocẽtiæ baptiſmi ſignificantis: Vltima eſt accenſæ cãdelæ in manum baptizati Porrectio, fidem per opera lucentem denotantis. II

## De Patrinis.

Horum officium eſt admonere quos tenuerunt,vt caſtitatem cuſtodiant,iuſtitiam diligant,& charitatẽ teneant,& ante omnia Symbolum & Orationem dominicam,Decalogum etiam,et quę ſunt prima chriſtianę religionis rudimẽta docere. De Conſecr.Diſt.4 cap. Vos autẽ. I
Excõmunicati,infideles,hęretici,Abbates,monachi,religioſi,parẽtes II

quoq; carnales, patrini eſſe nõ debẽt. De conſecra. diſt. 4. ca. Nõ licet.

III Vnus tantùm ſiue vir, ſiue mulier iuxta ſacrorum canonũ inſtituta, vel ad ſummum vnus & vna, baptizatum de baptiſmo ſuſcipiant, inter quos, et baptizatum ipſum, et illius patrẽ et matrẽ, ſpũalis cognatio cõtrahitur. Paroch⁹ aũt, antequã ad baptiſmum conferendũ accedat, diligenter ab eis, ad quos ſpectabit, ſciſcitetur, quẽ, vel quos elegerint, vt baptizatum de ſacro fonte ſuſcipiant, & eum vel eos tantùm ad illum ſuſcipiendum admittat, et in libro eorum nomina deſcribat, doceatque eos quam cognationẽ cõtraxerint, ne ignorãtia vlla excuſari valeant. Quòd ſi alij, pręter deſignatos, baptizatum tetigerint, cognationem ſpiritualem nullo modo contrahunt. Quòd ſi Parochi culpa, vel negligentia ſecus factum fuerit, nouerit ſe nõ remanſurum impunitum. Concil. Triden. Seſs. 24. ca. 2. De refor. matri. Et Diſt. 4. De Conſe. cap. In Catechiſmo. Et Cap. Non plures. &c.

## Quare Decani rurales debeant diligenter curare, vt paſtores ſeruent hanc vltimam inſtructionem, ex Concilio Tridentino deſumptam.

I QVoniam imitationẽ quandam militans noſtra Eccleſia habet eccleſiæ triumphantis, in qua libro vitę nomina electorum inſcribuntur: quare et Dionyſius à D. Paulo edoct⁹, docet etiam patrini ſiue ſpõſoris, et baptizati nomina olim à Sacerdotibus ſcripta: Hierarcha (inquit) imperat vt viri (baptizãdi ucz.) atque ſpõſoris nomina perſcribantur, ijs ſcriptis ſacras preces perficit. De Eccle. Herarcha cap. 2.

II Quoniam patrini ita memores fient ſponſionis, quam fecerunt pro baptizatis, nec ſinẽt ita leuiter ad hęreſim, atq; Satanę caſtra deficere, quorum nomine Satanæ illiúſq; põpis abrenũciarũt, fidẽ profeſsi ſunt, atq; eccleſiæ libro inſcripti.

III Quoniam ſanctiſsima & antiquiſsima decreta Eccleſiæ Catholicæ, hanc inſtructionẽ obſeruandam docent. Igini⁹ Papa, qui fuit decimus poſt D. Petrum, Añо 150. aſſerit Romanã eſſe cõſuetudinẽ, vt ſinguli ſingulos ſuſcipiant. De Conſ. diſt. 4. ca. In catechiſ. Itẽ Leo primus, qui fuit 47. pontifex poſt D. Petrũ, circa annum 444. Nõ plures (inquit) ad ſuſcipiendum de baptiſmo infantẽ accedant, quàm vnus, ſiue vir, ſiue mulier. In Confirmatione quoque idipſum fiat. De Conſ. diſt. 4. cap. Non plures. Idem aſſerit Iuo Carnoteñ. Titulo de Baptiſmo cap. 218. & 219. Hic vixit anno 1090.

Itẽ Hugo de S. Victore, qui dicit ideo factum eſſe, ne ſi paruul⁹ vnus, plures haberet in baptiſmo ſuſceptores, illa tandẽ multitudo cõtractionem impediret matrimonij.

Item in Conſt. Apoſt. lib. 3. cap. 16. idem decernitur. Vide Agendã quo-

quoque Moguntinenſem. Itē Ordinarium Romanum de Ritu bap.
cap.7. §. 8. Vnus (inquit) ſolus compater eſse debet, et nō plures. Itē
Concil. Trid. quod antiquos canones in vſum neceſſariò reuocat.
Quoniam multitudinē patrinorum introduxit luxus, auaritia, et ha
bendi cupiditas, à quib⁹ tamē in baptiſmo initiādi, dū Satanæ & pōpis IIII
ei⁹ renunciāt, debēt eſſe remotiſsimi. Hinc fit, vt maior ratio habeatur
conuiuiorū, & munerum, quàm ſacrę fidei, & diuinæ conuerſationis.
Quoniam laquei multi inijciuntur, patrinorum multitudine, homi-
nibus, dum ſcienter & ignoranter matrimonia cōtrahunt prohibita, V
in quibus non poſſunt abſque grauiſsimis peccatis perſeuerare, ac mo
ri, & quę ſine magnis ſcandalis, ac famæ rerúmque damnis, dirimi ne
queunt. Hæc ratio eſt Concilij Tridentini.
Quoniam myſterium S. Trinitatis apertiùs, expreſsiusque ſignifica-
tur vno tm̄ exiſtente patrino, quàm dum tres, aut plures offerunt bap- VI
tizandum. Nam patris perſonam refert baptizans Sacerdos, vnde &
pater ſpiritualis dicitur: & Filij, is, qui per baptiſmum regeneratur,
vnde & filius adoptiuus Dei, & cohęres Chriſti fit. Spiritus ſancti de-
nique imaginem gerit patrinus, qui initiandum offert in perſona Ec-
cleſiæ, quam Spiritus ſanctus gubernat.
Patrinus non requiritur de neceſsitate in baptiſmo, ſed ſolùm prop-
ter inſtructionem, quę hodie fit ferè a parentibus. Igitur propter anti- VII
quos canones Eccleſię, & myſterij expreſsionē, de qua in ſexta rati-
one dictum eſt, potiùs vnus quàm multi debent eſſe patrini, & cōtra-
rius vſus, abuſus eſt.
Quia, vt dicit Catechiſmus Romanus, inſtitutio a multis magiſtris VIII
perturbatur.
Patrinus, pater ſpiritualis non immeritò appellari poteſt: Vnus autē
pater vnius filij eſſe ſolet: vnus igitur in baptiſmo patrinus conueni- IX
enter magis quàm multi.
Patrinus, cùm fidē ſuſcipientis baptiſmum exprimat, vnus eſſe debet, X
ſicut et fides vna eſt, quā noīe filij ſpūlis petit, et profitetur, quādiu bap
tizatus infans eſt. Vna eſt Eccleſia catholica, vnius fidem, deſi- XI
deriumque patrinus exprimit, ergo vnitas patrini magis probanda,
cùm Eccleſię vnicæ vices gerat patrinus.
Id quod eſt ab vniuerſali Eccleſia definitum, poſt diſcuſsionem doc- XII
tiſsimorum hominum ex varijs nationibus, non debet amplius in diſ-
putationem reuocari, etiamſi nulla poſſet ratio reddi, quanto minus
propter ſtultam phantaſiam auari vulgi, & indoctorum hominum.
Poſsunt tamen ſpectatores conuocari, & ſponſionis, baptiſmiq; ſu-
ſcepti teſtes, quot quiſque voluerit eſſe pręſentes.

# ORDO ET MODVS COMMVNIS BAPTIZANDI INFANTES, tàm maſculos, quàm fœmellas, cum ſolennitatibus & ceremonijs conſuetis.

IN primis Parochus ea, quæ ſuprà dicta ſunt, de ſacraméto Baptiſmi, ſæpiùs diligenter relegat, ne ob ignorantiã, ſeu obliuionem eorum, circa collationem Baptiſmi errorem committat. Notet prætereà, quod ſequentes modi baptizandi ita digeſti ſunt, vt facilè accõmodari poſsint infanti maſculo baptizando, aut fœmellæ, maſculis aut fœmellis: maſculo & fœmellæ ſimul: & maſculo vel maſculis, cũ duabus, vel pluribus fœmellis. Vbi tamen miniſter aduertat diligẽter, vt Exorciſmi, & Orationes prout vni, vel pluribus, huic vel illi ſexui deputata ſunt, legantur, & vt genus & numerus iuxta qualitaté baptizandorum obſeruentur. Quare quando baptizanda venit fœmella, vel fœmellæ, vbicunq; ſignum hoc * occurret, meminerit ibi genus eſſe mutandum. Itaq; ad hoc * ſignum lectionem ſuſpendat, & ea legat, quæ intra duas lineolas huiuſmodi ( ) interpoſita videt. Dum vero Maſculus, vel Maſculi baptizandi veniunt nihil hoc * ſignum curans, inoffenſè pergat, omiſsis illis, quæ intra dictas lineolas continentur.

Quando porrò plures diuerſi ſexus adferuntur baptizandi, ſciat Sacerdos communes Exorciſmos, & Orationes, ſuper omnes ſimul legi poſſe, nullo genere mutato: ſpeciales verò ſexuum, ſuper illos tantum, qui vnius ſexus ſunt, legi debent.

Cùm autem Maſculus & fœmella, vel maſculus & duæ, vel plures fœmellæ: Aut plures vtriuſque ſexus ſimul baptizandi adſunt, Adiectiua & Participia in maſculino genere pronuncianda ſunt: quod, ſi facere neſciat quis, maſculum vel maſculos: fœmellam, vel fœmellas ſeorſum exorcizet & baptizet, modis infra ſcriptis.

Vbi ad ianuam templi venerint deferentes infantem ad Baptiſmum, Parochus, antequam ad Baptiſmum conferendum accedat, diligenter inquirat, quis ſit electus, vel electi, vt baptizandum de ſacro fonte ſuſcipiant, vt eius, vel eorum tantùm nomina in libro deſcribat, ſecundum ea, quæ ſuprà dicta ſunt de Patrinis. Tandem infantem, vel infantes ante fores Eccleſiæ exorcizet & catechizet, vt ſequitur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# ORDO BAPTIZANDI MASCVLVM VEL FOEMELLAM.

Ante fores Tēpli.

Sacerdos ſignando ✠ ſe dicat.

In nomine Patris, & Filii, ✠ & Spiritus ſancti. Amen.

Deinde petat à Patrino.

Begerdt ihr das dis kinde getaufft werde?

Reſponſio Patrini.

Ja Herr. Deinde dicat. Nennet das kinde.

Reſpon. N.

Sacerdos maſculum collocet ad dexteram ſuam, fœmellam verò ad ſiniſtrā: ter inſufflet in facies ſingulorū, ac toties dicat ad ſingulos.

Exi ab eo (ea) ſathana, da honorē Deo viuo, & vero: da honorem Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritui ſancto, & recede ab hoc famulo (hac famula) Dei.

Hîc ſignetur infans in fronte dicendo.

Signo ✠ te in fronte, in nomine Ieſu Chriſti, vt confidas in eo.

Bene ✠ dico
- Oculos tuos, vt videas claritatem Dei.
- Aures, vt audias verbum veritatis eius.
- Nares vt ſuſcipias odorem ſuauitatis eius.

Bene ✠ dico { Pectus, vt credas in eum.
Scapulas, vt ſuſcipias iugum ſeruitutis eius.
Os, vt confitearis illi qui cũ Patre, & Spiritu S. viuit & regnat Deus, in ſæcula ſæculorum. Amen. Oratio.

Exi ſpiritus immunde ab ✠ eo (ea) & da locum Spiritui S. paracleto, in nomine Patris, et Filii, & eiuſdẽ Spiritus Sancti.

Hic ſignetur infans in fronte & pectore. Non neceſſe eſt denudare pectus infantis: poteſt enim ſignari ſuper pannos.

Accipe ſignum crucis domini noſtri Ieſu Chriſti, tàm in fron ✠ te, quàm in cor ✠ de: ſume fidem cæleſtiũ præceptorũ: talis eſto moribus, vt tẽplũ Dei iam eſſe poſſis. ingreſſuſque (ingreſſaque) eccleſiã Dei, euaſiſſe te laqueos mortis. lætus (læta) agnoſce: horreſce idola, reſpue ſimulachra, cole Deum Patrẽ omnipotentem, & Ieſum Chriſtum filium eius, qui cum eo viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Oremus.

Omni-

Omnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere dignare ſuper hūc * famulū tuum N. quē (hanc famulam tuā N. quam) ad rudimēta fidei vocare dignatus es, omnem cæcitatem cordis ab * eo (ea) expelle, diſrūpe omnes laqueos Sathanæ quibus fuerat * alligatus, (alligata) aperi ei Domine ianuam pietatis tuæ, vt ſigno ſapientiæ tuæ * imbutus, (imbuta) omniū cupiditatū foetoribus careat, & ad ſuauem odorē præceptorum tuorū * lætus (læta) tibi in Eccleſia tua deſeruiat, & proficiat de die in diē, vt * idoneus (idonea) efficiatur accedere ad gratiā baptiſmi tui percepta medicina: Per Chriſtū Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Sacerdos deinde faciat exorciſmum ſalis, ſi ſal exorcizatum ad manum non fuerit.

Exorcizo te creatura ſalis in nomine dei Pa ✠ tris omnipotentis, & in charitate Domini noſtri Ieſu ✠ Chriſti, & in virtute Spiritus ✠ ſancti. Exor-

Exorcizo te per Deum ✠ viuum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ ſanctum, qui te ad tutelam humani generis creauit, & populo venienti ad credulitatem, per ſeruos ſuos conſecrari præcepit: proinde rogamus te Domine Deus noſter, vt hæc creatura ſalis, in nomine ſanctæ Trinitatis efficiatur ſalutare ſacramentum, ad effugandum inimicum: quod tu Domine ſanctificando ✠ ſanctifices, benedicendo ✠ benedicas, vt fiat omnibus accipiẽtibus perfecta medicina, permanens in viſceribus eorum, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Reſp. Amen.

Poſtea Sacerdos imponat ſal ori infantis, dicens.

N. Accipe ſalem ſapientiæ, vt propitius ſit tibi Dominus noſter Ieſus Chriſtus

in vitam æternam. Reſpon. Amen.

Oremus.

Deus patrum noſtrorum vniuerſæ cõditor veritatis, te ſupplices exoramus, vt ✱hunc famulum N. (hanc famulã N.) reſpicere digneris propitius, & hoc primum pabulum ſalis guſtantem, non diutiùs eſurire permittas, quo minus cibo repleatur cæleſti, quatenus ſit ſemper diuino ſpiritu feruens, ſpe gaudẽs, tuo nomini ſeruiens, & perduc ✱eum (eam) ad nouæ regenerationis lauacrum, vt cum fidelibus tuis promiſſionum tuarum æterna præmia conſequi mereatur. Per Chriſtum dominum noſtrum.

Reſp. Amen.

Nota, quoties ponitur in margine (Super Maſc.) intellige talem orationem ſuper maſculum tantum legendam: ſicut, quando ponitur (Super fœmel.) ſuper fœmellam tantum: reliqua dicenda ſunt tàm ſuper maſculum, quàm ſuper fœmellam.

Oremus.

Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus qui Moyſi, famulo tuo in Super Maſc.

monte Synai apparuiſti, & filios Iſraël de terra Aegypti eduxiſti, deputans eis angelũ pietatis tuæ, qui cuſtodiret eos die ac nocte: te queſumus Domine, vt mittere digneris ſanctum angelum tuũ de cælis, vt ſimiliter cuſtodiat hunc famulum tuum N. & perducat eũ ad gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Oremus.

Super Fœmel. Deus cæli: Deus terræ: Deus angelorũ: Deus Archãgelorum: Deus Prophetarum: Deus Apoſtolorum: Deus Martyrum: Deus Confeſsorum: Deus Virginum: Deus omnium benè viuentiũ: Deus cui omnis lingua confitetur, & omne genu flectitur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum: te inuoco Domine, vt hanc famulam tuã perducere et cuſtodire digneris ad gratiã baptiſmatis. Per Chriſtũ dominũ noſtrũ. Reſp. Amen.

Adiu-

## Adiuratio.

Ergo maledicte Diabole recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo viuo & vero, & da honorē Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritui ſancto, & recede ab * hoc famulo Dei N. (hac famula Dei N.) quia * iſtum (iſtā) ſibi Deus & dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam, & benedictionē, fontemque baptiſmatis, dono Spiritus ſancti, vocare dignatus eſt. (Et hæc dicendo faciat crucem pollice dextero, in frontibus ſingulorum) & hoc ſignum ſanctæ cru ✠ cis, quod fronti eius damus, tu maledicte Diabole nunquam audeas violare, ſed damnatus in æternum maneas, ab * eo (ea) repulſus, per eum qui venturus eſt iudicare viuos et mortuos, & ſæculum per ignem. Reſpon. Amen.

Oremus.

Super Maſcul. Deus immortale præſidium omnium poſtulantium, liberatio ſupplicum, vita credẽtium, reſurrectio mortuorum, te inuoco ſuper hunc famulum tuũ N. qui baptiſmi tui donum petens, æternã conſequi gratiam, ſpirituali regeneratione, deſiderat: accipe hunc Domine, qui dignatus es dicere: Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Petenti itaque præmium porrige, & ianuam pande pulſanti, vt æternam cæleſtis lauacri benedictionem conſecutus, promiſſa tui muneris regna percipiat. Per Chriſtum dominum noſtrum. Reſp. Amen

Oremus.

Super Fœmel. Deus Abraham: Deus Iſaac: Deus Iacob: Deus qui tribus Iſraël de Aegyptiaca ſeruitute liberaſti, & per Moyſen famulum tuum, de cuſtodia mandato-

rum tuorum in deſerto monuiſti: & Suſannam de falſo crimine liberaſti: te ſupplex deprecor Domine, vt liberes hanc famulam tuam N. & perducere eam digneris ad gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum dominum noſtrum.

Reſpon. Amen.

## Adiuratio.

Ergo maledicte Diabole recognoſce. &c. vt ſuprà fol. XV.

## Exorciſmus.

Audi maledicte Sathana, adiuratus per nomen æterni Dei, & ſaluatoris noſtri filii eius, cum tua victus inuidia, tremẽs, gemẽſquè diſcede: nihil tibi ſit commune cum* ſeruo (ſerua) Dei iam cæleſtia cogitanti, * renunciaturo (renunciaturæ) tibi, ac ſæculo tuo, & beatæ immortalitati * victuro, (victuræ) Da igitur hono-

honorem aduenienti Spiritui ſancto, qui ex ſumma cæli arce deſcendens, perturbatis fraudibus tuis, diuino fōte purgatū pectus, id eſt, ſanctificatum Deo tēplū, & habitaculū perficiat, vt omnibus penitus noxis præteritorū criminū *liberatus (liberata) *ſeruus (ſerua) Dei, gratias perenni Deo referat ſemper, & benedicat nomen eius ſanctum, in ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

## Exorciſmus.

Super Maſcul. Exorcizo te immunde ſpiritus, in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ ſācti, vt exeas, et recedas ab hoc famulo Dei N. Ipſe enim tibi imperat, maledicte Diabole, atque damnate, qui pedibus ſuis ſuper mare ambulauit, & Petro mergenti dexteram porrexit Ieſus Chriſtus dominus noſter. Qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Reſp. Amen.

## Exorciſmus.

Exorcizo te immunde ſpiritus per Pa✠trem, & Fili✠um, & Spiritum ✠ ſanctum, vt exeas ab hac famula Dei N. Ipſe enim tibi imperat, maledicte damnate, qui cæco nato oculos aperuit, & quadriduanum Lazarum de monumēto ſuſcitauit. Super Foemel.

## Adiuratio.

Ergo maledicte Diabole recog. &c. vt ſuprà fol. XV.

Oremus.

Aeternā ac iuſtiſsimā pietatē tuā deprecor Domine ſācte, pater omnipotēs, æterne Deus, luminis & veritatis auctor, ſuper * hunc famulum tuum N. ( hanc famulam tuam N. ) vt digneris * eum ( eam ) illuminare lumine intelligentiæ tuæ : munda * eum ( eam ) et ſanctifica: da ei ſcientiam veram, vt * dignus ( digna ) efficiatur accedere ad gratiam bap-

baptiſmi tui:teneat fidem firmam, ſpem certam, conſilium rectum, doctrinam ſanctam, vt * aptus (apta) ſit ad percipiendam gratiam tuam. Per eum, qui tecum, & cum Spiritu ſancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Reſponſio. Amen.

Sacerdos. Dominus vobiſcum.

Miniſter. Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos.

Sequentia ſancti Euangelii ſecundum Matthæum.

Hæc dicendo faciat pollice ſignum crucis in fronte, ore & pectore infantis.

Miniſter.

Gloria tibi Domine.

Mat. 19. In illo tempore: Oblati ſunt Ieſu paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret: Diſcipuli autem increpabant eos. Ieſus vero ait: Sinite paruulos,

los, & nolite eos prohibere ad me venire, talium eſt ènim regnum cælorum. (hic ponat Sacerdos manus ſuas ſuper caput infantis) Et cum impoſuiſſet eis manus, abiit inde. Reſponſio. Laus tibi Chriſte.

Deinde Sacerdos admoneat Patrinum, & circumſtantes, vt ſimul dicant flexis genibus orationem Dominicam: Salutationem Angelicam, & Symbolum Apoſtolorum pro ſalute infantis.

Pater noſter, qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, ſicut in cælo & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen.

Aue Maria gratia plena, Dominus

tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Ieſus. Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc, & in hora mortis noſtræ. Amen.

Credo in Deum, patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ. Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum, Dominum noſtrum. Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine. Paſsus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus. Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Credo in Spiritum ſanctum. Sanctam Eccleſiam catholicam, Sanctorum communionem. Remiſsionem peccatorum. Carnis reſurrectionem. Vitam æternam. Amen.

Exor-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Exorciſmus.

Nec te lateat Satana, imminere tibi poenas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicii, diē ſupplicii ſempiterni, diem qui venturus eſt velut clibanus ardens, in quo tibi atque vniuerſis angelis tuis æternus ſuperueniet interitus.

Proinde damnate atque damnande, da honorem Deo viuo, & vero: da honorem Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritui ſancto, in cuius nomine, atque virtute præcipio tibi, quicunque es, ſpiritus immunde, vt exeas, & recedas ab * hoc famulo, (hac famula) Dei N. * quem (quam) hodie Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam gratiam, & benedictionem, fontemque baptiſmatis, dono ſancti Spiritus vocare dignatus eſt, vt fiat templū eius per aquam regenerationis, in remiſſionē omnium peccatorū.

In

In nomine eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem.

Reſp. Amen.

Deinde Sacerdos ſaliua oris ſui, pollice ſuo ex ſiniſtra ſua accepta, tangat primò aurem dexteram infantis, dicendo.

Ephphetha, quod eſt, adaperire.

Deinde nares: ſed caueat ne ſputo tangat labia infantis. (De Conſecrat. Diſt. 4. cap. Propter gloriam) dicendo.

In odorem ſuauitatis.

Demùm ſiniſtram aurem ſubiungendo.

Tu autem effugare maledicte Diabole, appropinquabit enim iudicium Dei.

Hæc hactenus ante fores templi.

His ita ritè peractis, Sacerdos inducat infantem in Eccleſiam dicendo.

Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum, ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

Quo dicto, itur ad fontem Baptiſmi, vbi mulieres denudant puerũ, & præparant ad baptiſmum: Sacerdos verò interim ſumit oleum ſacrum, & chriſma præeunte candela: idem in loco apto prope baptiſterium collocat. Deinde Patrinus infantem Maſculũ, Matrina verò fœmellam, in manibus teneat coram Sacerdote, & ſi eſt alius Patrinus, vel Matrina, ponat manum ſuper infantem: Sacerdos verò conſiſtens coram fonte facie ad Orientem verſa, quæ reliqua ſunt, cum ſingulis agat

Sacerdos igitur interroget ſecundò.

Begerdt ihr das kindt zu tauffen?

Reſponſio Patrini.

Ja Herr.

Sacerdos.

Antwort mir von des kinds wegen auff meine fragē.

Sacerdos.

N. Abrenuncias Sathanæ?

Et ſi Patrinus neſciat latinè, interroget Germanicè.

Widerſagſt du dem teuffel?

Reſponſio Patrini.

Abrenuncio. (vel in vulgari)

Ich widerſage.

Sacerdos.

Et omnibus pompis eius?

(Vnd aller ſeiner pracht vnd hoffart?)

Reſponſio Patrini.

Abrenuncio. Ich widerſage.

Sacerdos.

Et omnibus operibus eius?

(Vnd allen ſeinen wercken?)

Reſponſio Patrini.

Abrenuncio. Ich widerſage.

Sacerdos deinde interroget de fide pueri.

Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cæli, & terræ?

(Glaubſt du in Gott/Vatter almechtigen/ſchepffer himmels vnd der erden?)

Reſponſio Patrini.

Credo. Jch glaub.

Sacerdos.

Credis & in Ieſum Chriſtum, filiũ eius vnicum, Dominum noſtrum. Qui cõceptus eſt de Spiritu ſãcto, natus ex Maria virgine. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus. Deſcẽdit ad inferos: tertia die reſurrexit à mortuis. Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Inde vẽturus eſt iudicare viuos & mortuos?

Glaubſt du auch in Jeſum Chriſtum ſeinen einigẽ Son/ vnſern Herren. Der empfangen iſt von dem heiligen Geiſt/ Geboren aus Maria der Junckfrauwen. Gelitten vnder Pontio Pilato/ gecreutziget/ geſtorben vnd begraben. Abgeſtigen zu der hellen/ am drittẽ tag wider aufferſtanden von den todten. Auffgefaren gen himel/ ſitzet zu der gerechten Gottes des Almechtigen vatters. Von dannẽ er kommen wirdt/ zu richten die lebendigen vnd die todten?

Reſponſio Patrini.

Credo. Jch glaub.

Sacerdos.

Credis & in Spiritum ſanctum, ſanctã Eccleſiam catholicam. Sanctorum cõ-

mu-

munionem. Remiſsionem peccatorũ. Carnis reſurrectionẽ, et vitam æternã?

Glaubſt du auch in den heiligen Geiſt. Die heilige allgemeine Chriſtliche kirchen. Gemeinſchafft der Heiligen. Vergebung der Sünden. Aufferſtehung deß fleiſches. Vnd ein ewiges leben?

Reſponſio Patrini.

Credo Jch glaub.

Nota. Vaſcula ſacræ vnctionis, ad vitandum errorem, ſic diſtingui ſolent, vt vaſculũ Chriſmatis ſignetur litera C. Olei ſacri O. vel S. Infirmorum autem, I.

Exorciſmo & catecheſi, ſic vt præmittitur, peractis, Sacerdos iubens puerum denudari, intincto pollice dextero, in oleum catechumenorum, quod oleum ſalutis, ſeu ſanctum vocatur, faciat crucem, & vngat ipſum in pectore, & in ſcapulis, dicens.

Ego te linio oleo ſalutis in pect ✠ ore, Et in ſca ✠ pulis. In nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam.

Sacerdos interroget Patrinum tertio.

Wilt ihr das kindt getaufft haben?

Reſponſio Patrini.

Ja Herr.

Sacerdos poſtea diligenter inquirat de infante ab obſtetrice, & aliis, an ſit baptizatus, interrogãdo, Jſt das kine gegehetaufft? Et ſi non eſt baptizatus priùs: tunc nominato eius nomine ipſum baptizet ſimpliciter, abſqne conditione, ſub forma ſubſcripta. Aduertat autem Sacerdos, vt non ante aut poſt ablutionem verba Sacramenti, quæ formam continent, ſed eodem tempore, quo ablutio ipſa peragitur, pronũciet, atque ideo dum profert verba formæ, hauriat de fonte manu dextera aquam, & fundat ſuper denudatum caput pueri tribus vicibus, & dicat.

*Forma baptiſmi abſoluta.*

N. Ego te baptizo in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ ſancti. Amen.

Si vero Sacerdos intelligat quòd infans, qui ipſi offertur baptizandus, ſit fortè baptizatus, tunc inquirat per quem, & an debita materia & forma ſit ſeruata: quòd ſi deprehenderit ſub recta verborũ forma puerum eſſe baptizatum, nequaquam eundem rebaptizet, ne grauiſsimas iuris pœnas incurrat: Vnctiones tamen in pectore & ſcapulis, oleo ſancto & in vertice chriſmate, cæteroſque ritus omnes, cum ſolitis orationibus ſuppleat. Sed ſi dubium eſt an ſit ritè in aqua naturali baptizatus, ſub debita verborum forma, tũc propter dubium, debet ipſum baptizare ſub cõditione, & forma ſubſcripta, nominato nomine infantis.

*Forma baptiſmi conditionata.*

N. Si es baptizatus, non te rebaptizo: Sed ſi non es baptizatus, Ego te baptizo, in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ ſancti. Amen.

Sacerdos intincto pollice in ſacrum Chriſma oret dicens.

Deus omnipotens, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regenerauit ex aqua, & Spiritu ſancto, quique dedit tibi remiſsionẽ omnium peccatorum.

Hic Sacerdos baptizatum inungat Chriſmate, crucem faciendo, non in fronte, quæ ſacramento Confirmationis reſeruatur, ſed in vertice, in ſummitate ſcilicet capitis.

Ipſe te liniat Chriſ ✠ mate ſalutis in vitam æternam. Amen.

Sacerdos accipiens veſtem, ſeu linteum, vel mitram candidam imponendo capiti infantis dicat.

Accipe veſtem candidam, ſanctam, & immaculatã, quam perferas ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt habeas vitam æternam, & viuas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Sacerdos, tenens vnà cum patrinis candelam accenſam ſuper infantem, dicat.

Accipe lampadem ardentem, irreprehenſibilem cuſtodi baptiſmum tuũ, ſerua Dei mandata: vt cùm Dñs venerit ad nuptias, poſsis occurrere ei, vnà cũ omnibus ſanctis, in aula cæleſti, habeáſque vitam æternam, & viuas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Vade in pa ✠ ce: fides tua te ſaluum (ſaluam) fecit: Vel, Dñs ſit tecum: Vel, Pax tibi: Vel, Pax tecum:

## Sacerdos ad Patrinos.

ICh vermane euch Pettern vnnd Gödten/ das ihr dis kindt euch laſſet befohlen ſein/ nebent ſeinen natürlichen Eltern/ Alſo/ wenn es zů ſeinen verſtendigen iaren kom men wirdt/ das ihr es ( wo dieſelbige Eltern daran ſaumich weren/oder abſtürben ) mit gantzem fleis vnderrichtet vnnd lehret/ſtedt vnd feſt in der heili- ger Chriſtlicher Catholiſcher vnd Apoſtoliſcher Kir chen( darinnen es ietzunder den heiligen tauff ent- fangen) bleiben/derſelbigen waren vnd vngezwei- felten glauben allezeit halten/ vnnd darneben auch das Vatter vnſer/den Engliſchen grůß/den Apoſto- liſchen glauben/ vnnd die zehen gebott Gottes/ Ja keinen fleiß ſparet/zu lehrē vnd zů vnderweiſen/ al- les ſo zů gehorſam/ auffnemung/ vnd erhaltung der obgenanter heiliger Kirchen lehr vnd forderung ſei- ner Seelen ſeligkeit von nöten ſein wirdt. Damit ir dan der ietz gebetner gefatterſchafft vor Gott dem Herren gůte rechenſchafft vnd gnug thůn werden.

Sacerdos baptiſmo expleto, fricando pollicem dexterum ſale, lauet manus, ſupra fontem: Patrini verò extra fontem. Claudaturque baptiſterium, & ſacrum oleū cum oleo ſancto præeunte miniſtro cum candela ad ſuum locum deferatur.

# ORDO BAPTIZANDI PLVRES INFANTES TAM VNIVS, QVAM DIVERSI SEXVS.

SAcerdos volens exorcizare, & catechizare plures infantes ſimul, meminerit eorum quæ ſuprà pagina VIII. habentur: & in primis, quando plures diuerſi ſexus ſunt, vt communes Exorciſmos, & Orationes, quæ ſignantur in margine ( Super omnes.) legat ſuper omnes vtriuſque ſexus: Speciales verò alterius tantùm ſexus, ſuper omnes illius ſexus, qui in margine indicatur, dicat: Vt quando in margine habetur ( Super Maſcul.) tunc ſuper maſculos tantùm, vbi verò ponitur ( Super Fœmell.) ſuper illas ſolùm pronunciet talem exorciſmum vel orationem, quare ne in hac re erret Sacerdos, Maſculos ſimul, idque à dexteris, & Fœmellas ſimul à ſiniſtris ſtatuat.

OBſeruet quoque diligenter vt exorcizando, vel catechizando plures diuerſi ſexus, ( vt Maſculum, vel Maſculos, cum fœmella vel fœmellis ) Adiectiua & Participia propter perſonam digniorem per Conceptionem in Maſculino genere proferat, quocirca tunc nihil hoc * ſignum curans, omiſsis illis quæ literis rubris intra Parentheſim continentur, inoffenſè pergat. Id, qui ſecurè facere nequit, cum Maſculis ſeorſum, deinde cum ſolis fœmellis agat, modo ſubſcripto.

## ANTE FORES TEMPLI.

Sacerdos ſignando ✠ ſe dicat.

In nomine Patris, & Filii, ✠ & Spiritus ſancti. Amen.

Deinde petat à ſingulis Patrinis.

Begeret ihr daß diß kindt getaufft werde?

Reſponſio Patrinorum.

Ad ſingulos. Ja Herr. Deinde dicat. Nennet das kindt.

Reſpon. N.

Sacerdos maſculos collocet ad dexteram ſuam, fœmellas verò ad ſiniſtrā: ter inſufflet in facies ſingulorū, ac toties dicat ad ſingulos.

Ad ſingulos. Exi ab eo (ea) ſathana, da honorē Deo viuo, & vero: da honorem Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritui ſancto, & recede ab hoc famulo (hac famula) Dei.

Hic ſignentur ſinguli infantes in fronte, dicendo.

Ad ſingulos. Signo ✠ te in fronte, in nomine Ieſu Chriſti, vt confidas in eo.

Ad ſingulos. Bene ✠ dico
- Oculos tuos, vt videas claritatem Dei.
- Aures, vt audias verbum veritatis eius.
- Nares vt ſuſcipias odorem ſuauitatis eius.
- Pectus, vt credas in eum.
- Scapulas, vt ſuſcipias iugum ſeruitutis eius.
- Os, vt confitearis illi qui cū Patre & Spiritu S. viuit & regnat Deus, in ſæ-

us, in ſæcula ſæculorum Amen.

## Oratio.

Exi ſpiritus immunde ab • eo (ea) & da locum Spiritui ſancto paracleto, in nomine Patris, & Filii, & eiuſdem Spiritus ſancti. Ad ſingulos.

Hîc ſignentur ſinguli infantes in fronte & pectore. Non neceſſe eſt denudare pectora infantium: poſſunt enim ſignari ſuper pannos.

Accipe ſignũ crucis domini noſtri Ieſu Chriſti, tàm in fron ✠ te, quàm in cor ✠ de: ſume fidem cæleſtium præceptorum: talis eſto moribus, vt templũ Dei iam eſſe poſſis • ingreſſúſque (ingreſſáque) eccleſiam Dei, euaſiſſe te laqueos mortis, • lætus (læta) agnoſce: horreſce idola, reſpue ſimulachra, cole Deum Patrem omnipotentem, & Ieſum Chriſtũ filium eius, qui cum eo viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Ad ſingulos.

## Oremus

Omnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere digna- Super Omnes

dignare ſuper hos * famulos tuos N. N. quos ( has famulas tuas N. N. quas ) ad rudiméta fidei vocare dignatus es, omné cæcitatem cordis ab eis expelle, diſrumpe omnes laqueos Sathanæ, quibus fuerant * alligati (alligatæ) aperi eis Domine ianuam pietatis tuæ, vt ſigno ſapientiæ tuæ * imbuti ( imbutæ ) omnium cupiditatū foetoribus careant, & ad ſuauem odoré præceptorum tuorū * læti ( lætæ ) tibi in Eccleſia tua deſeruiant, et proficiant de die in dié, vt * idonei ( idoneæ ) efficiātur accedere ad gratiā baptiſmi tui percepta medicina: Per Chriſtū Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Sacerdos deinde faciat exorciſmum ſalis, ſi ſal exorcizatum ad manum non fuerit.

Exorcizo te creatura ſalis, in nomine Dei Pa ✠ tris omnipotentis, & in charitate Domini noſtri Ieſu ✠ Chriſti, & in virtute Spiritus ✠ ſancti. Exorcizo te per Deum ✠ viuum, per Deum

Deum ✠ verum, per Deum ✠ ſanctũ, qui te ad tutelã humani generis creauit, & populo venienti ad credulitatem, per ſeruos ſuos conſecrari præcepit: proinde rogamus te Domine Deus noſter, vt hæc creatura ſalis, in nomine ſanctæ Trinitatis efficiatur ſalutare Sacramentum, ad effugandum inimicum: quod tu Domine ſanctificando ✠ ſanctifices, benedicẽdo ✠ benedicas, vt fiat omnibus accipiẽtibus perfecta medicina, permanens in viſceribus eorum, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Reſp. Amen.

Poſtea Sacerdos imponat ſal ori ſingulorum infantium dicens.

N. Accipe ſalem ſapientiæ, vt propitius ſit tibi Dominus noſter Ieſus Chriſtus in vitam æternam. Reſpon. Amen. Ad ſingulos.

Oremus.

Deus patrum noſtrorum vniuerſæ cõ- Super omnes.

ditor

ditor veritatis, te ſupplices exoramus, vt * hos famulos N.N. has famulas N. N.) reſpicere digneris propitius, & hoc primum pabulũ ſalis guſtantes, non diutiùs eſurire permittas, quo minus cibo repleantur cæleſti, quatenus ſint ſemper diuino ſpiritu feruentes, ſpe gaudentes, tuo nomini ſeruientes, & perduc * eos (eas) ad nouæ regenerationis lauacrũ, vt cum fidelibus tuis promiſsionum tuarum æterna præmia conſequi mereantur. Per Chriſtum dominum noſtrum. Reſpon. Amen.

Oremus.

Super Maſcu. Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus qui Moyſi, famulo tuo in monte Synai apparuiſti, & filios Iſraël de terra Aegypti eduxiſti, deputans eis angelũ pietatis tuæ, qui cuſtodiret eos die ac nocte: te queſumus Domine, vt mittere digneris ſanctum angelũ tuum

um de cælis, vt ſimiliter cuſtodiat hos famulos tuos N. N. & perducat eos ad gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Oremus.

Deus cæli: Deus terræ: Deus angelorum: Deus Archangelorum: Deus Prophetarum: Deus Apoſtolorum: Deus Martyrum: Deus Confeſſorum: Deus Virginū: Deus omniū bene viuentiū: Deus cui omnis lingua cōfitetur, omne genu flectitur, cæleſtiū, terreſtriū, et infernorum: te inuoco Domine, vt has famulas tuas perducere et cuſtodire digneris ad gratiam baptiſmatis. Per Chriſtum dominum noſtrum. Reſp. Amē. Super Fœmel

## Adiuratio.

Ergo maledicte Diabole recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo viuo & vero, & da honorē Ieſu Chri-

ſto filio eius,& Spiritui ſancto, & recede ab ✠ his famulis Dei N.N.( his famulabus Dei N.N.) quia ✠ iſtos ( iſtas ) ſibi Deus et Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam, & benedictionem, fōtémque baptiſmatis, dono Spiritus ſancti, vocare dignatus eſt. (Et hæc dicendo faciat crucem pollice dextero, in frontibus ſingulorum) & hoc ſignum ſanctæ cru ✠ cis, quod frōtibus ✠ eorum (earum) damus, tu maledicte diabole nunquam audeas violare, ſed damnatus in æternum maneas, ab eis repulſus, per eum qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Reſp. Amen.

Oremus.

Super Maſcul. Deus immortale præſidium omnium poſtulantium, liberatio ſupplicum, vita credētium, reſurrectio mortuorum, te inuoco ſuper hos famulos tuos N.N. qui

qui baptiſmi tui donum petentes, æternam conſequi gratiam, ſpirituali regeneratione, deſiderãt: accipe hos Domine, qui dignatus es dicere: Petite, & accipietis: quærite & inuenietis; pulſate, & aperietur vobis. Petẽtibus itaque præmium porrige, & ianuam pande pulſãtibus, vt æternam cæleſtis lauacri benedictionem conſecuti, promiſſa tui muneris regna percipiant. Per Chriſtum dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Oremus.

Deus Abraham: Deus Iſaac: Deus Iacob: Deus qui tribus Iſraël de Aegyptiaca ſeruitute liberaſti, & per Moyſen famulum tuum, de cuſtodia mandatorum tuorum in deſerto monuiſti: & Suſannam de falſo crimine liberaſti: te ſupplex deprecor Domine, vt liberes has famulas tuas N. N. & perducere eas digneris ad gratiam baptiſmi tui. Per Chri- Super Fœmel

Chriſtum dominum noſtrum. Reſp.
Amen.

## Adiuratio

Super omnes. Ergo maledicte Diabole recognoſce ſententiam tuam, & da honorē Deo viuo & vero, et da honorē Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritui ſancto, et recede ab his famulis Dei N. N. (his famulabus Dei N. N.) quia iſtos (iſtas) ſibi Deus et Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuā ſanctam gratiam, & benedictionē, fontēmque baptiſmatis, dono Spiritus ſācti vocare dignatus eſt. (Et hæc dicēdo faciat crucem pollice dextero, in frōtibus ſingulorum) & hoc ſignum ſanctæ cru✠cis, quod frontibus eorum (earū) damus, tu maledicte diabole nunquā audeas violare, ſed damnatus in æternum maneas ab eis repulſus, per eū qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Reſpon. Amen.

Exor-

## Plures infantes.

### Exorciſmus.

Audi maledictę Sathana, adiuratus per nomen æterni Dei, & ſaluatoris noſtri filii eius, cum tua victus inuidia, tremens geméńſque diſcede: nihil tibi ſit cōmune cum ſeruis Dei iam cæleſtia cogitantibus, renunciaturis tibi ac ſæculo tuo, & beatæ immortalitati victuris. Da igitur honorem aduenięti Spiritui ſancto, qui ex ſumma cæli arce deſcendens, perturbatis fraudibus tuis, diuino fōte purgata pectora, id eſt, ſanctificata Deo templa & habitacula perficiat, vt omnibus penitus noxis præteritorum criminū * liberati (liberatæ) * ſerui (ſeruæ) Dei, gratias perenni Deo referant ſemper, & benedicant nomen eius ſanctum, in ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen. Super omnes.

### Exorciſmus.

Exorcizo te immunde ſpiritus, in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ ſan- Super Maſcul

✠ ſancti, vt exeas & recedas ab his famu lis Dei N.N. Ipſe enim tibi imperat, maledicte diabole atque damnate, qui pedibus ſuis ſuper mare ambulauit, & Petro mergenti dexteram porrexit Ieſus Chriſtus dominus noſter. Qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Reſpo. Amen.

## Exorciſmus.

Super Fœmel. Exorcizo te immunde ſpiritus per Pa- ✠ trem, & Fili ✠ um, & Spiritum ✠ ſanctum, vt exeas ab his famulabus Dei N.N. Ipſe enim tibi imperat, maledicte damnate, qui cæco nato oculos aperuit, & quadriduanum Lazarum de monumento ſuſcitauit.

## Adiuratio.

Super omnes. Ergo maledicte Diabole recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo viuo & vero, & da honorem Ieſu Chri- ſto

ſto filio eius, & Spiritui ſancto, & recede ab ✶ his famulis Dei NN. (his famulabus Dei N.N.) quia✶ iſtos (iſtas) ſibi Deus & dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam, & benedictionem fontémque baptiſmatis, dono Spiritus ſancti, vocare dignatus eſt. (Et hæc dicendo faciat crucem pollice dextero, in frontibus ſingulorum.) & hoc ſignum ſanctæ ✠ crucis, quod frōti ✶ eorum (earum) damus, tu maledicte Diabole nunquam audeas violare, ſed damnatus in æternum maneas, ab eis repulſus, per eum qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Reſpon. Amen.

## Oremus

Aeternā ac iuſtiſsimā pietatē tuā deprecor Domine ſācte pater omnipotēs æterne Deus, luminis & veritatis auctor, ſuper ✶ hos famulos tuos N.N. (has famu Super omnes

famulas tuas N. N. ) vt digneris * eos ( eas ) illuminare lumine intelligentiæ tuæ: munda * eos ( eas ) & ſanctifica: da eis ſciētiam veram, vt * digni ( dignæ ) efficiantur accedere ad gratiam baptiſmi tui: teneant fidem firmam, ſpē certam, conſilium rectum, doctrinam ſanctam, vt * apti ( aptæ ) ſint ad percipiendam gratiam tuam. Per eum, qui tecum & cum Spiritu ſancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Reſponſio. Amen.

Sacerdos Dominus vobiſcum.

Miniſter. Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos.

Sequentia ſancti Euangelii ſecundum Matthæum.

Hæc dicendo faciat pollice ſignum in fronte, ore & pectore ſingulorum infantium.

Miniſter.

Gloria tibi Domine.

Matt. 19. In illo tempore: Oblati ſunt Ieſu paruuli,

paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. Diſcipuli autem increpabant eos. Ieſus vero ait: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire, talium eſt enim regnum cælorum. (hic ponat Sacerdos manus ſuas ſuper capita ſingulorum infantium) Et cum impoſuiſſet eis manus, abiit inde. Reſponſio. Laus tibi Chriſte.

Deinde Sacerdos admoneat Patrinos, & circumſtantes, vt ſimul dicant flexis genibus orationem Dominicam: Salutationē Angelicam, & Symbolum Apoſtolorum, pro ſalute infantium.

Pater noſter, qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, ſicut in cælo et in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tētationem. Sed libera nos à malo. Amen.

Aue Maria gratia plena, Dominus

tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Ieſus. Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis noſtræ. Amen.

Credo in Deum, patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ. Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum, Dominum noſtrum. Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus. Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis. Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Credo in Spiritum ſanctum. Sanctam Eccleſiam catholicam, Sanctorū communionem. Remiſsionem peccatorum. Carnis reſurrectionem. Vitam æternam. Amen.

Exor-

## Exorciſmus.

Nec te lateat Satana, imminere tibi poenas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicii, diẽ ſupplicii ſempiterni, diem qui venturus eſt velut clibanus ardens, in quo tibi atque vniuerſis angelis tuis æternus ſuperueniet interitus. Proinde damnate atque damnande, da honorem Deo viuo & vero: da honorem Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritui ſancto, in cuius nomine, atque virtute præcipio tibi, quicunque es, ſpiritus immunde, vt exeas & recedas ab his *famulis (famulabus) Dei N.N. *quos (quas) hodie Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam gratiam & benedictionem, fontémque Baptiſmatis, dono ſancti Spiritus vocare dignatus eſt, vt fiant templum eius per aquam regenerationis, in remiſsionẽ omnium peccatorũ. In nomine eiuſdem Domini noſtri Ieſu Super omnes.

Chriſti,

Chriſti, qui veturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem.

Reſp. Amen.

Deinde Sacerdos ſaliua oris ſui, pollice ſuo ex ſiniſtra ſua accepta, tangat primò aurem dexteram ſingulorum infantium, dicendo.

Ad ſingulos. Ephpheta, quod eſt, adaperire.

Deinde nares: ſed caueat ne ſputo tangat labia infantium (De Cõſecrat. Diſt. 4. cap. Propter gloriam.) dicendo.

In odorem ſuauitatis.

Demùm ſiniſtram aurem ſubiungendo.

Tu autem effugare maledicte Diabole, appropinquabit enim iudicium Dei.

Hæc hactenus ante fores templi.

His ita ritè peractis, Sacerdos inducat infantes in Eccleſiam, dicendo.

Ad omnes. Dominus cuſtodiat introitum veſtrũ, & exitum veſtrum, ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

Quo dicto, itur ad fontem Baptiſmi, vbi mulieres denudãt pueros, & præparant ad baptiſmum: Sacerdos verò interim ſumit oleum ſacrum, & chriſma præeunte candela: idem in loco apto prope baptiſterium collocat, Deinde Patrini infantes Maſculos. Matrinæ vero fœmellas, in manibus teneant coram Sacerdote, & ſi ſint alii Patrini, vel Matrinæ, ponant manum ſuper infantes: Sacerdos verò conſiſtens coram fonte, facie ad Orientem verſa, quæ reliqua ſunt cum ſingulis agat.

Sacerdos igitur interroget ſecundò

Ad ſingulos. Begerdt ihr das kindt zů tauffen?

Reſpon.

Reſponſio Patrini.

Ja Herr.

Sacerdos.

Antwort mir võ deß kinds wegẽ auff meine fragẽ.

Sacerdos.

N. Abrenuncias Sathanæ?

Et ſi Patrinus neſciat latinè, interroget Germanicè.

Widerſagſt du dem teuffel?

Reſponſio Patrini

Abrenuncio. ( vel in vulgari. )

Ich widerſage.

Sacerdos.

Et omnibus pompis eius?

( Vnd aller ſeiner pracht vnd hoffart? )

Reſponſio Patrini.

Abrenuncio. Ich widerſage.

Sacerdos.

Et omnibus operibus eius?

( Vnd allen ſeinen wercken? )

Reſponſio Patrini.

Abrenuncio. Ich widerſage.

Sacerdos deinde interroget de fide pueri.

Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ?

( Glaubſt du in Gott/Vatter almechtigẽ/ſchepffer himmels vnd der erden? )

Reſponſio Patrini.

Credo. Jch glaub.

Sacerdos

Credis & in Ieſum Chriſtum, filiū eius vnicum, Dominum noſtrum. Qui conceptus eſt de Spiritu ſācto, natus ex Maria virgine. Paſsus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus. Deſcendit ad inferos: tertia die reſurrexit à mortuis. Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos?

Glaubſtu auch in Jeſum Chriſtum ſeinen einigen Son/ vnſern Herren. Der empfangen iſt von dem heiligen Geiſt. Geboren auß Maria der Jungfrauwen. Gelitten vnder Pontio Pilato/ Gecreutziget/ geſtorben vnd begraben. Abgeſtigen zu der hellen/ am dritten tag wider aufferſtanden von den todten. Auffgefaren gen himel/ ſitzet zu der gerechten Gottes deß Allmechtigen vatters. Von dannen er kommē wirdt/ zu richten die lebendigen vnd die todten?

Reſponſio Patrini.

Credo. Jch glaub.

Credis & in Spiritum ſanctum, ſanctā Eccleſiam catholicam. Sanctorum cō mu-

munionem. Remiſsionem peccatorũ. Carnis reſurrectionẽ, & vitam æternã?

Glaubſtu auch in den heiligen Geiſt. Die heilige algemeine Chriſtliche kirchen. Gemeinſchafft der Heiligen. Vergebung der Sünden. Aufferſtehung deß fleiſches. Vnd ein ewiges leben?

Reſponſio Patrini.

Credo. Ich glaub.

Nota Vaſcula ſacræ vnctionis, ad vitãdum errorem, ſic diſtingui ſolent, vt vaſculũ Chriſmatis ſignetur litera C. Olei ſacri O. vel S. Infirmorum autem I.

Exorciſmo & catecheſi, ſic vt præmittitur, peractis, Sacerdos iubens puerum denudari, intincto pollice dextero, in oleum catechumenorum, quod oleum ſalutis, ſeu ſanctum vocatur, faciat crucem, & vngat ipſum in pectore, & in ſcapulis, dicens.

Ego te linio oleo ſalutis in pect ✠ ore, Et in ſca ✠ pulis. In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam.

Sacerdos interroget Patrinum tertiò.

Wilt ihr das kindt getaufft haben?

Reſponſio Patrini.

Ja Herr.

Sacerdos poſtea diligenter inquirat de infante ab obſtetrice, & alijs, an ſit baptizatus, interrogãdo, Iſt das kindt gegehetaufft? Et ſi non eſt baptizatus priùs: tunc nominato eius nomine ipſum baptizet ſimpliciter, abſque conditione, ſub forma ſubſcripta. Aduertat autem Sacerdos, vt non ante aut poſt ablutionem verba Sacramenti, quæ formam continent, ſed eodem tempore, quo ablutio ipſa peragitur, pronunciet, atque ideo dum profert verba formæ, hauriat de fonte manu dextera aquam, & fundat ſuper denudatum caput pueri tribus vicibus, & dicat.

Forma baptiſmi abſoluta.

N. Ego te baptizo in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ ſancti. Amen.

Si vero Sacerdos intelligat quòd infans, qui ipſi offertur baptizãdus, ſit fortè baptizatus, tunc inquirat per quem, & an debita materia & forma ſit ſeruata: quod ſi deprehenderit ſub recta verborum forma puerum eſſe baptizatum, nequaquam eundem rebaptizet, ne grauiſsimas iuris pœnas incurrat: Vnctiones tamen in pectore & ſcapulis, oleo ſancto & in vertice chriſmate, cæteróſque ritus omnes, cum ſolitis orationibus ſuppleat. Sed ſi dubium eſt, an ſit ritè in aqua naturali baptizatus, ſub debita verborum forma, tunc propter dubium, debet ipſum baptizare ſub conditione, & forma ſubſcripta, nominato nomine infantis.

Forma baptiſmi conditionata.

N. Si es baptizatus, non te rebaptizo: Sed ſi non es baptizatus, Ego te baptizo, in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ ſancti. Amen.

Sacerdos intincto pollice in ſacrum Chriſma oret dicens.

Deus omnipotens, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regenerauit ex aqua, & Spiritu ſancto, quique dedit tibi remiſsionẽ omnium peccatorum.

Hîc Sacerdos baptizatum inungat Chriſmate, crucem faciendo, non in fronte, quæ ſacramento Confirmationis reſeruatur, ſed in vertice, in ſummitate ſcilicet capitis.

Ipſe te liniat Chriſ ✠ mate ſalutis in vitam æternam. Amen.

Sacerdos accipiens veſtem, ſeu linteum, vel mitram candidam imponendo capiti infantis, dicat.

Accipe veſtem candidam, ſanctam, & immaculatam, quam perferas ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt habeas vitam æternam, & viuas in ſæcula ſæculorum, Amen.

Sacerdos, tenens vnà cum patrinis candelam accenſam ſuper infantem, dicat.

Accipe lampadem ardentem, irreprehenſibilem, cuſtodi baptiſmum tuum, ſerua Dei mandata: vt cùm Dominus venerit ad nuptias, poſsis occurrere ei, vnà cum omnibus ſanctis, in aula cæleſti, habeáſque vitam æternam, & viuas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Vade in pa ✠ ce, fides tua te ſaluum (ſaluam) fecit. Vel Dn̄s ſit tecū: Vel, Pax tibi. Vel, Pax tecū:

## Sacerdos ad Patrinos.

ICh vermane euch Pettern vnnd Gödten/ daß ihr dis kind euch laſſet befohlen ſein/ nebent ſeinen natürlichen Eltern/ Alſo/ wenn es zů ſeinen verſtendigen iarē kommen wirdt/ daß ihr es ( wo dieſelbige Eltern daran ſaumich weren/ oder abſtürben ) mit gantzem fleiß vnderrichtet vnnd lehret / ſtedt vnd feſt in der heiliger Chriſtlicher Catholiſcher vnd Apoſtoliſcher Kirchen ( darinnen es ietzunder den heiligen tauff entfangen ) bleiben/ derſelbigen waren vnd vngezweifelten glauben allezeit halten / vnnd darneben auch das Vatter vnſer/ den Engliſchē grůß/ den Apoſtoliſchen Glauben / vnnd die zehen gebott Gottes / Ja keinen fleiß ſparet/ zů lehrē vnd zů vnderweiſen/ alles ſo zů gehorſam/ auffnemung / vnd erhaltung der obgenanter heiliger Kirchen lehr vnd forderung ſeiner Seelen ſeligkeit von nöten ſein wirdt. Damit ir dan der ietz gebetner gefatterſchafft vor Gott dem Herren gůte rechenſchafft vnd gnug thůn werden.

Sacerdos baptiſmo expleto, fricando pollicem dexterum ſale, lauet manus, ſupra fontem: Patrini verò extra fontem. Claudaturque baptiſterium, & ſacrũ oleum cum oleo ſancto; præeunte miniſtro cum candela, ad ſuum locum deferatur.

# MODVS BAPTIZANDI MASCVLVM VEL FOEMELLAM IN PERICVLO mortis.

Sacerdos cùm primùm infans fuerit allatus ad portam Eccleſiæ, ſignando ſe cruce petat à Patrino.

Begeret ihr daß diß kindt getaufft werde?

Reſponſio Patrini.

Ja Herr.

Sacerdos deinde petito nomine infantis inſufflet in faciē eius, dicens.

Impero tibi immunde Spiritus, in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ ſancti, vt exeas & recedas ab hoc famulo (hac famula) Dei.

Sacerdos.

N. Abrenuncias Sathanæ, & omnibus operibus eius, & omnibus pompis eius?

Reſponſio Patrini.

Abrenuncio. Ich widerſage.

Sacerdos faciens ſignum crucis in fronte & pectore infantis, dicat.

N. Accipe ſignum crucis tam in fronte quam in corde, ſume fidem cæleſtem, eſto talis moribus, vt templum Dei eſſe poſsis.

## Exorciſmus ſalis breuior

Bene ✠ dic quæſumus Domine hanc creaturam ſalis tua bene ✠ dictione cæleſti, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti: & in virtute Spiritus ſancti ad effugandum inimicum: quod tu Domine ſanctificando ſancti ✠ fices: benedicendo bene ✠ dicas, fiátque omnibus percipiẽtibus perfecta medicina permanẽs in viſceribus eorũ. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ ſancti. Amen.

Sacerdos ponat ſal benedictum in os infantis, dicens.

N. Accipe ſalem ſapientiæ, qui ſit tibi propitiatio in vitam æternam. Amen.

Sacerdos & circumſtantes dicant.

Pater noſter. Aue Maria. & Credo.

Sacerdos tangens aures infantis, & nares cum ſaliua ſua dicat.

Ephpheta: quod eſt adaperire aures,& nares in odorem ſuauitatis. Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim iudicium Dei.

Sacerdos interroget ſecundò.

N. Abrenuncias ſathanæ, & omnibus operibus eius,& omnibus pompis eius?
Widerſagſt du dem teuffel/ vnnd allen ſeinen wercken/vnd aller ſeiner pracht vnd hoffart?

Reſponſio Patrini

Abrenuncio. Jch widerſage.

Sacerdos deinde intincto pollice in oleum Catechumenorum faciat ſignum crucis ſuper pectus,& ſcapulas pueri dicens.

Ego te linio oleo ſalutis,in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Sacerdos tenens manum ſuper caput infantis, dicat.

Oremus.

* Famulum tuum(famulam tuam) quæſumus Domine ad tui baptiſmi gratiam recurrentem reſpicere & cōſeruare in tuo nomine digneris,et quicquid in *eo (ea) per originalis peccati trāſgreſsionē

poe-

poenæ obnoxium diabolus detinebat ſacri fontis indulgentia reſoluatur: veteris hominis exuuias deponat, & nouæ vitæ * indutus (induta) amictum reſurgat, omnia nequiſsimi ſpiritus ab *eo (ea) venena depelle, & ſalutarem baptiſmi gratiam adimple, & in tui muneris perceptione in æterna vita exultare cõcede.

Sacerdos ſi aquam baptiſmalem benedictam non habet ad manum, eam benedicat breui hac benedictione ad ſuccurrendum.

Exaudi nos omnipotens Deus: in huius aquæ ſubſtantiam tuam miſce virtutem, vt *abluendus (abluenda) per eam & ſanitatem ſimul, & vitam mereatur æternam. Per Chriſtum Dominũ noſtrum. Reſponſio. Amen.

Exorciſmus aquæ.

Exorcizo te creatura aquæ in nomine Dei Pa ✠ tris, in charitate Ieſu ✠ Chriſti filii eius: & Spiritus ✠ ſancti. Exorcizo te omnis virtus aduerſarii: om-

nis

nis incurſio Sathanæ: & omne phantaſma eradicare: & effugare ab hac creatura aquæ, vt fiat fons ſaliens in vitam æternam, & * qui (quæ) ex ea * baptizatus (baptizata) fuerit, fiat templum Dei viui, & Spiritus ſanctus habitet in eo, (ea) in remiſsionem omnium peccatorum.

Poſtea ponat chriſma in aquam & dicat.

Foecundetur, & ſanctificetur iſte fons hoc ſalutifero chriſmate, In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ ſancti. Amen.

Sacerdos deinde interroget de fide pueri.

N. Credis in Deum patrem omnipotẽtem, creatorem cæli & terræ?

Reſponſio Patrini.

Credo. Jch glaub.

Sacerdos.

Credis in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum dominũ noſtrũ, natũ et paſsũ?

Reſponſio Patrini.

Credo. Jch glaub.

Sacer-

## Sacerdos.

Credis & in Spiritum ſanctum : Sanctam Eccleſiam catholicam: Sanctorũ communionem: Remiſsionem peccatorum: Carnis reſurrectionem: Vitam æternam?

Reſponſio Patrini.

Credo. Ich glaub

Sacerdos interroget ſecundò

Begert ihr das kind zů tauffen?

Reſponſio Patrini.

Ja Herr.

Sacerdos deinde baptizet infantem, dicens.

Ego te baptizo in nomine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ ſancti. Amen.

Sacerdos poſtea faciat crucem chriſmate ſacro in vertice pueri, & det ei veſtem candidam cum orationibus vt ſupra fol. L. & LIII.

# ORDO OBSERVANDVS CIRCA EOS QVI SINE PRAEVIIS EXORCISMIS ET exſufflationibus: Et ſine vnctionibus alijsq; myſticis ritibus baptizati ſunt.

EVenire ſolet, vt infantes, interdum cogente neceſsitate propter imminentis mortis periculum, crebrò etiam in ſchiſmate ex veterum rituum faſtidio, & Catholicæ Eccleſiæ contemptu, ſine præuijs Exorciſmis & Exufflationibus, ſine vnctionibus, alijsq́ue myſticis ritibus, ( debita tamẽ verborum forma obſeruata ) baptizentur. Qui quidem ſic baptizati, denuo rebaptizari non debent: In ijs tamen pueris, qui intra Catholicos ab obſtetricibus in neceſsitate ſine vnctionibus & alijs conſuetis ritibus baptizantur, ſi ſuperuixerint, Parochi omiſſas vnctiones & ritus ſuppleant. Illi verò, qui in ſchiſmate ſine talibus ritibus & vnctionibus Baptiſmum acceperunt, vbi adoleuerint, ad talem vnctionum & rituum ſuppletionem inuiti cogi non debent, niſi perſuaſi, & ſalutaribus monitis acquieſcentes, vnctiones & ritus huiuſmodi in ſeipſis, adimpleri expetiuerint. Interim tamen Parochi non omittant tales admonere, ne huiuſmodi rituum ſuppletionem ſimpliciter neceſsariam ducere, aut alios qui huiuſmodi ſuppletionem in ſeipſis omiſerint, contemnere velint, nec dubitent babtiſmum etiamſine his alioqui rite ſuſceptum, verum & ſalutarẽ eſſe.

Itaque Catholicus Sacerdos puerum ſine vnctionibus & alijs myſticis ritibus baptizatum introducat in Eccleſiam, eúmque ante ſe conſiſtentem nomine compellans, ſignet cruce, tam in fronte quam in pectore, dicens.

N. Accipe ſignaculum crucis Chriſti, tam in fron ✠ te quam in cor ✠ de, Tene fidem cæleſtium præceptorum, talis eſto moribus, vt templum Dei eſse poſsis. Receptúsque in Eccleſiam Chriſti, euaſiſse te laqueos diaboli lætus agnoſce.

noſce. Horreſce Idola, reſpue ſimulachra, cole Deum, Patrem omnipotentem, & Ieſum Chriſtum Filium eius, Qui cum eodem Patre in vnitate Spiritus ſanĉti viuit & regnat Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuum, quẽ dudum ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem cæcitatem cordis ab eo expelle: Dirumpe omnes laqueos Diaboli, quibus fuerat alligatus: Aperi ei ianuam pietatis tuæ, vt ſigno ſapientiæ imbutus, omnium cupiditatum foetoribus careat, & ad ſuauem odorem præceptorum tuorum, lætus tibi in Eccleſia tua deſeruiat, & proficiat de die in diem, vt idoneus ſit frui gratia baptiſmi tui, quam percepit per Chriſtum

Do-

Dominum noſtrum. Amen.

Hic Sacerdos de ſale exorcizato mittat in os pueri, dicens.

Accipe ſalem ſapientiæ, vt Chriſtus ſit tibi propitiatus in vitam æternam. Amen.

Poſt guſtum ſalis oratio.

Deus Patrũ noſtrorũ, Deus vniuerſæ conditor creaturæ, te ſupplices exoramus, vt hunc famulum tuum reſpicere digneris propitius, vt hoc pabulum ſalis guſtantem, non diutius eſurire permittas, quò minus expleatur cibo cæleſti, quatenus ſit ſemper ſpiritu feruens, ſpe gaudens, nomini tuo ſeruiens: Et quem ad nouæ regenerationis lauacrũ perduxiſti, cum omnibus fidelibus tuis promiſsionum tuarum, & æternorum præmiorum facias eſse participem, per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Iterum Sacerdos faciat crucem ſuper puerum, dicens.

De ✠ us Abraham, De ✠ us Iſaac, De- ✠ us Iacob, Deus, qui Moyſi famulo tuo in monte Synai apparuiſti, & filios Iſrahel de terra Aegypti eduxiſti, deputans eis Angelum pietatis tuæ, qui cuſtodiret eos die ac nocte: Te quæſumus Domine, vt mittere digneris ſanctum Angelum tuū, vt ſimiliter cuſtodiat hunc famulum tuum, vt teneat gratiam Baptiſmi tui, quam percepit, per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Alia oratio.

Aeternam ac iuſtiſsimam pietatem tuam deprecor Domine ſancte Pater omnipotens, æterne Deus, luminis & veritatis author, ſuper hunc famulum tuum, vt digneris illum illuminare lumine intelligentiæ tuæ. Munda eum & ſanctifica, & da ei ſcientiam veram, vt dignus ſit frui Baptiſmi tui gratia, quam

percepit: Teneat firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanctam, vt aptus ſit ad tenēdam gratiam Baptiſmi tui. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Dominus vobiſcum. Reſponſio.
Et cum Spiritu tuo.

Hic Sacerdos faciat crucem in fronte, ore, & pectore pueri dicens.

Sequentia ſancti Euangelii ſecundum Marcum. Reſponſio. Gloria tibi Domine.

In illo tempore, offerebant Ieſu paruulos, vt tangeret illos: Diſcipuli autem comminabantur offerentibus. Quos cùm vidiſset Ieſus, indigne tulit, & ait illis: Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos, talium eſt enim regnum cælorum: Amen dico vobis, quis-

quis non receperit regnum Dei velut paruulus, ille non intrabit in illud. Et complexans eos, & imponens manus ſuper illos, benedicebat eos.

Deinde teneat Sacerdos manum ſuper caput pueri, & dicat orationem Dominicam, moneátque circumſtantes, vt & ipſi orét pro ſalute pueri. Et, ſi puer per ætatem ſciat, iubeat eúm alta voce recitare.

Pater noſter. Aue Maria. Credo in Deum Patrem. &c.

His expletis Sacerdos ſumẽs cum pollice & indice manus ſuæ dextræ de ſputo oris ſui, tangat auriculas pueri, dicens.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti Ephpheta, quod eſt, adaperire.

Et mox tangat etiam nares, cum eódem ſputo, non tamen labia attingat, dicens.

In odorem ſuauitatis.

Deinde Sacerdos ſerio erudiat puerum, quomodo olim in Baptiſmo, ore ſuorum Suſceptorum abrenunciauerit Sathanæ & omnibus pompis eius: Et fidem in Deum Patrem omnipotentem, & in Ieſum Chriſtum filium eius, & in Spiritum ſanctum diſertè profeſſus ſit, admoneatque eum, vt ſponſionem ſuam, quam Deo fecit, quæ proculdubio in cælo conſignata eſt, ſollicitè ſeruare & exſoluere procuret. Poſt hanc admonitionem Sacerdos intincto pollice in oleum Catechumenorum, quod oleũ ſanctum ſeu ſalutis appellatur, denudet pectus, & ſcapulas pueri, & faciat crucem primò in pectore, dicens.

Ego

Ego te linio oleo ſalu ✠ tis.

Et mox aliam crucem de eodem oleo faciat inter ſcapulas eius, dicens.

In Chriſto Ie ✠ ſu Domino noſtro.

Deinde abſterſum pollicem intingat in ſacrum Chriſma & incipiat hanc orationem.

Deus omnipotens, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regenerauit ex aqua & Spiritu ſancto, quique dedit tibi remiſsionem omnium peccatorum.

Hic faciat crucem de Chriſmate in vertice pueri, ſubiungendo.

Ipſe te liniat Chriſmate ſalu ✠ tis, per eundem Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum in vitam æternam. Amen.

Poſtremo inducat Cappam ſuper caput pueri, dicens.

Accipe Cappam candidam, ſanctam, & immaculatam, quam perferas ante Tribunal ſanctæ Trinitatis, vt habeas vitam æternam. Amen.

Vade in pa ✠ ce. Fides tua te ſaluum fecit.

# MODVS BAPTIZANDI MASCVLVM ET FOEMELLAM IN ARTICVLO MORTIS, CVM videlicet creditur ipſum immediate obiturum.

Sacerdos omnibus omiſsis Baptiſmum præcedentibus, tribus vicibus aquam elementalem fundens ſuper pueri caput denudatū, Baptiſmi formam ſimul proferat, dicens.

Ego te baptizo in nomine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ ſancti. Amen.

Et ſi habet Chriſma, eum in vertice vngat, dicens.

Deus omnipotens, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regenerauit ex aqua, & Spiritu ſancto, quique dedit tibi remiſsionem omnium peccatorum.

Hic faciat crucem Chriſmate in vertice pueri ſubiungendo.

Ipſe te liniat Chriſmate ſalu ✠ tis, per eūdem Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum, in vitam æternam, Amen.

Et poſtea mitram ponens, dicat.

Accipe veſtem candidam, ſanctam, & immaculatam, quam perferas ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt habeas vitam æternam, & viuas in ſæcula ſæculorum. Amen.

# Omiſsas cæremonias.

Et demum candelam, dicendo.

Accipe lampadem ardentem, irrepræhenſibilem, cuſtodi Baptiſmum tuum, ſerua Dei mandata: vt cùm Dominus venerit ad nuptias, poſsis occurrere ei, vnà cum omnibus ſanctis in aula cæleſti, habeáſque vitam æternam, & viuas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Hunc eundem modum Parochi doceant Obſtetrices, vt in extrema neceſsitate, ſic pueros in vernaculo ſermone baptizent, ita vt dum formam proferunt, ſimul aquam ſuper caput pueri fundant, cum debita intentione faciendi, quod facit Eccleſia, dicentes.

Jch teuffe dich/ im namen deß Vatters ✠/ vnnd deß Sons ✠/ vnd deß heiligen ✠ Geiſts.

Sciat prudens Sacerdos hunc modum ſupplendi omiſſas cæremonias, ex ijs quæ ſuprà habentur, accómodáre etiam fœmellæ, & pluribus vnius vel vtriuſque ſexus, mutatis ſcilicet generibus & numeris.

# INSTRVCTIO PRO CONFIRMATIONIS SACRAMENTO, DE HIS QVAE AGENda ſunt Sacerdoti Parocho.

I QVanquam Confirmationis Sacramentum parum videatur pertinere ad Paſtores, cùm ſolus Epiſcopus ſit eius ordinarius Miniſter, Paſtoris tamen eſt populum cohortari & præparare ad eius piam & dignam ſuſceptionem.

II Confirmationis Sacramentum inde nomen habet, quoniam qui baptizatus eſt, cum ab Epiſcopo ſacro Chriſmate vngitur, accepta noua virtute, firmior, & perfectus Chriſti miles eſſe incipit.

## De Materia.

III Materia huius Sacramenti eſt Chriſma, ex oleo & balſamo confectum, & Epiſcopi conſecratione, ex Chriſti inſtitutione, teſte Fabiano Pontifice & Martyre, ſanctificatum. Oleum quod pingue eſt, & diffluit, gratiam à Chriſti capite manantem ſignificat. Balſamus, cuius odor iucundiſsimus eſt, & contra putrefactionem valet, declarat ſuauitatem virtutum, quæ in Confirmatione conferuntur, quibus fideles à peccatorum ſordibus defenduntur, & famam odoremque ſanctæ vitæ cum proximorum ædificatione diffundunt.

## De Forma.

IIII Forma: Signo te ſigno crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

## De Miniſtro

V ORdinarius Miniſter eſt ſolus Epiſcopus, nam cùm Samaria accepiſſet verbum Dei, Petrus & Ioannes ad eos miſſi ſunt, qui orauerunt pro ipſis, Vt acciperent Spiritum ſanctum.

## De Patrinis.

Adhibetur in hoc Sacramento Patrinus eodem modo, quo in Baptiſmo fieri debere dictum eſt, nam ſicut noui milites in bellis corporalibus duce aliquo vtuntur, cuius conſilia ſequuntur, ſic in ſpirituali militia deſcenſurus in certamen duce ac monitore eget. VI

Eadem autem & eodem modo contrahitur cognatio ſpiritualis matrimonium impediens, & dirimens iam contractum, ſicut ante de Baptiſmo dictum eſt, vt ſcilicet cognatio huiuſmodi ſolum ſit inter Patrinos & confirmatum, illiúſque patrem & matrem, nec non inter confirmantem & confirmatum, confirmatique patrem & matrem, vt ſtatuitur in Conci. Trid. Seſsione.24. de matrimonio cap.2. VII

Non Confirmatus non debet eſſe Patrinus aut tenere alium ad Cōfirmationem, nec excommunicatus, nec hæreticus, nec publice criminoſus, nec Religioſus. VIII

Quilibet confirmatus poteſt non confirmatum tenere eiuſdem vel alterius ſexus, niſi quod vir vxorem ſuam, nec vxor virum ſuum tenere non poſſit, quia contraheretur cognatio ſpiritualis, impediens vſum Matrimonij. IX

Plures eſſe Patrini non debent, cap. Non plures. de Conſe. diſt.4. X

## De ætate & qualitate Confirmandorum.

Omnibus fidelibus poſt Baptiſmum Confirmationis Sacramentum adminiſtrari poteſt, expedit tamen expectari vſum rationis, qui ante ſeptennium communiter non apparet: nam pueri qui eo carent, ad pugnam ſpiritualem nondum ſunt idonei. Si qui vero iam adulta ætate confirmandi ſunt, ſi ex hoc Sacramento gratiam conſequi volunt, cum pœnitentia & deteſtatione præteritorum peccatorum accedere debent, & non ſolum à Paſtoribus ad Confeſsionem, ſed etiam ad ieiunia & alia pietatis opera cohortandi ſunt, vtque non niſi ieiuni hoc Sacramentum ſuſcipiant, iuxta laudabilem antiquæ Eccleſiæ cōſuetudinem. de qua cap. Vt ieiuni. de Conſe. diſt. 5. XI. Catech. Ro. Pō. ad Paro De Cōn fir. ca. 4.

De

## De Effectu Confirmationis.

XII Dignè ſuſcipientibus gratia confertur, & peccata, quæ cum gratia nullo modo eſſe poſſunt, remittuntur. Gratia baptiſmatis perficitur & augetur, vt timore & pudore depoſito gaudeant etiam pro Chriſti nomine pati, vt patet exemplo Apoſtolorum, qui cùm in paſſione fugerent, & poſt Reſurrectionem clauſis oſtijs ſe domi continerent, in die Pẽtecoſtes induti virtute ex alto, & repleti Spiritu ſancto, inter tormenta & contumelias, gloriabantur. Nam, vt ait Melchiades Papa, In Baptiſmate homo ad militiam recipitur, & Confirmatione armatur ad pugnam: in Baptiſmo abluimur, poſt Baptiſmum roboramur, Baptiſmus regenerat ad vitam, Cõfirmatio inſtruit & armat ad agones.

In Epiſtol. ad Hiſpa. Epiſco.

XIII Imprimitur præterea character: quare nullo vnquam tempore iterari poteſt, & hoc charactere tanquam ſigno quodam diſtinguitur, non Chriſtianus à Gentili, vt in Baptiſmo ſed fortis Chriſtianus, & bellator ab imbelli, & miles ab eo, qui nondum eſt idoneus ad militiam.

## De Cæremoniis & ritibus huius Sacramenti.

XIIII Signum crucis fronti ab Epiſcopo imprimitur, tanquam ſymbolũ militiæ Chriſtianæ.

XV Alapa maxilla leuiter percutitur, vt meminerit Chriſtianus miles inter perſecutiones & opprobria Hæreticorum perſecutorum, atque infidelium, Chriſti nomen eſſe liberè profitendum & prædicandum.

XVI Confirmati caput faſcia linea, propter reuerentiam Chriſmatis, circumligatur, & deinde lota fronte eadem faſcia ſoluitur & comburitur, ſed nec in ligando, nec ſoluendo vlla affinitas aut cognatio contrahitur.

XVII Hæc à Paſtoribus populo maximè circa feſtum Pentecoſtes, & quando Epiſcopi aduentus ad Confirmationis Sacramentum adminiſtrandum expectatur, diligenter exponenda ſunt, vt tanto diligentius & cupidius ad tantam gratiam ſeſe præparet.

Inſtru-

# INSTRVCTIO DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

## Pœnitentia eſt Sacramentum.

Pœnitentia eſt Sacramentum Eccleſiæ vnum ex ſeptẽ, quia eſt ſignum viſibile gratiæ inuiſibilis, nempe remiſsionis peccatornm. Signum viſibile, vt in cæteris ſacramentis, conſiſtit in elemento & verbo, ſiue, quod idem valet, in materia & forma.

## Materia.

| | | |
|---|---|---|
| Materiæ loco ſunt actus pœnitentis. | Contritio cordis<br>Confeſsio oris<br>Satisfactio operis | Hæ quoque partes Pœnitentiæ vocantur. |

## Forma.

FOrma huius Sacramenti conſiſtit in verbis Abſolutionis, quæ Sacerdos profert, cùm dicit. ( Ego te abſoluo.) Omnia alia ad ſolennitatem pertinent, quæ tamen non ſunt prætermittenda.

## Finis & Effectus.

Finis & Effectus huius Sacramenti eſt abſolui à peccatis, & reconciliari Deo: in eius gratiam & amicitiam redeundo: ex quo ſequitur liberatio à pœnis inferni, & in ijs qui deuotè confitentur pax, & tranquillitas conſcientiæ, & augmentum donorum Dei.

## Miniſter.

LIcèt vt in alijs Sacramentis principalis author & primaria cauſa ſit Deus Chriſti meritum intuens, ſecundaria tamen, & inſtrumentalis eſt Miniſter, qui Sacerdos eſſe debet, habens authoritatem abſoluendi ordinariam, quales ſunt Paſtores habentes curam animarum, Epiſcopi, Archiepiſcopi: Papa, vel ex delegatione ſuperioris, vt ſunt omnes quibus ea poteſtas à Paſtoribus, Epiſcopis, Archiepiſcopis, & à Papa committitur.

# De Miniſtro ſiue Confeſſario.

In Confeſſario requiruntur quinque.
1. Scientia.
2. Poteſtas.
3. Bonitas.
4. Prudentia.
5. Secretum.

## De Scientia Confeſſario neceſſaria.

I VT inter peccata, & non peccata: inter mortalia, & venialia in communi diſcernat. Mortalia in communi ſiue ex genere ſunt, quæ contra charitatem Dei & proximi, hoc eſt, contra decem præcepta admittuntur,

II VT ſciat caſus reſeruatos, & eas excommunicationes à quibus nō poteſt ipſe abſoluere. Item quibus caſibus ſit iteranda confeſſio: & reliqua de quibus in hac Inſtructione dicetur.

III VT ſciat dubitare in difficultatibus, & doctiores interrogare, atque interim differre abſolutionem.

## De Poteſtate.

TRiplex poteſtas audienti confeſſiones eſt neceſſaria. Prima (Ordinis,) vt ſit Sacerdos. Secunda (Iuriſdictionis,) ordinaria, vel delegata, vt ſcilicet poteſtas audiendi confeſſiones ei concedatur ab eo, qui poteſt. Tertia (Libertas) vtendi ea poteſtate iuriſdictionis, quæ per excommunicationem, & ſuſpenſionem impeditur. Quia enim Sacramentum Pœnitentiæ eſt iudiciale, & Confeſſarius eſt iudex, qui non habet authoritatem niſi in ſubditos, ſicut fit in externis iudicijs, ob id nemo poteſt abſoluere niſi ſibi ſubiectū.

Ordinariam iuriſdictionem, & authoritatem habent, qui præpoſiti ſunt plebi gubernandæ in ſpiritualibus, vt Papa, qui poteſt omnes Chriſtianos audire. Epiſcopus omnes de ſua diœceſi. Paſtor omnes ſuos Parochianos,

Delegatam poteſtatem & iuriſdictionē habent, quibus ab iſtis committitur, vt ſi proprius paſtor permittat ſuis vt confiteantur idoneis, & ab Epiſcopo probatis, quibus voluerint.

Vſus

Vſus poteſtatis, iuriſdictionis, vt dictum eſt per excommunicationē, ſuſpenſionem, degradationem, &c. impeditur: quare abſolutio à talibus collata nulla eſt, maximè ſi ſint ſuſpenſi, vel excommunicati nominatim, vel propter percuſsionem, ſiue violentiam in clericum notoriam.

Propter concilium Tridentinum quarto loco addendum eſt, nullum etiam regularem, ſiue cuiuſcunque religionis Sacerdotē poſse confeſsiones ſecularium, etiam ſacerdotum audire, nec ad id idoneū reputari, niſi aut Parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examē, ſi illis videbitur neceſſarium, aut aliâs idoneus iudicetur, & approbationem obtineat. Seſs. 23. cap. 15. de Reformat.

# A non proprio Sacerdote abſolui poſsunt.

Primò qui nuſquam habent certum domicilium, cuiuſmodi ſunt vagabundi.

Secundò, qui ſunt conſtituti in neceſsitate ratione articuli mortis.

Tertiò, qui habent facultatem à iure conceſſam eligendi quem velint confeſſarium, vt Epiſcopi omnes: & Prælati inferiores exempti: & multi alij, quibus hoc eſt à Papa conceſſum. Paſtores Decano ſuo rurali confiteri debent tanquam proprio confeſſario. Et ſacerdotes qui habitant in parochijs paſtoribus ſuis. Nemo quoque poteſt abſolui ab excōmunicato nominatim: & ſi fiat, abſolutio nulla eſt, et irrita.

# De Bonitate.

Bonitas & puritas conſcientię neceſſaria eſt confeſſario. Qui enim conſcius ſibi peccati mortalis audiret ſine contritione confeſsionem, peccaret mortaliter, propter ſacrilegium, & irreuerentiam Sacramenti: quamdiu tamen toleratur ab Eccleſia Paſtor, eius peccata non obſunt pœnitentibus.

# De Prudentia

Prudentia neceſſaria eſt confeſſario ad quatuor.

Primò, vt ad integrè confitendum, & aperiendam conſcientiam ſuam inducatur peccator.

Secundò, ad interrogandum, & inquirendum ne incautus ſit, maximè apud pueros & mulieres, ne doceat eos de quibus non cogitarunt.

Tertiò, ad inducendum confitentem ad veram contritionem, & dolorem peccatorum.

Quartò, ad imponēdam conuenientem pœnitentiam & ſatisfactionē,

& adhibenda remedia ſalutaria accommodata.

## De Secreto Confeſsarii.

Adeò debet ſecretus eſſe Confeſſarius, vt nullius præcepto, nullius periculi timore, nullius commodi, vel lucri amore manifeſtet quæ in confeſsione audiuit. Et poteſt dicere, & iurare ſe neſcire, quia neſcit vt homini ſubiectus, licet magnũ aliquod malũ immineat ſi nõ reueletur. De licentia tamen confitentis, & citra ſcandalum poſſunt reuelari audita. Neque propter ullum peccatum quantumuis graue, minus benignam faciem oſtendat pœnitenti quàm prius.

Hæc de Miniſtro huius ſacramenti, nunc de tribus illis partibus pœnitentiæ breuiter.

## De Contritione.

Contritio eſt dolor animi, quo pœnitẽs deteſtatur, & dolet de omnibus peccatis commiſsis, cum propoſito amplius non peccandi; & confitendi, atque ſatisfaciendi iuxta Eccleſiæ arbitrium.

## Quando ſit neceſsaria Contritio.

Poſt peccatum admiſſum, ſi velimus ſtatim à peccato liberari: in ſpeciali tamen præterita mala tenemur deteſtari.

Primò in periculo aliquo vitæ, vt tempore peſtis, belli, nauigationis periculoſæ, puerperij, &c.

Secundò, cùm agendum aliquid eſt, quod puritatẽ conſcientiæ requirat, vt quando ſunt adminiſtranda vel ſuſcipienda ſacramenta.

Tertiò, cùm Eccleſia, & populus Chriſtianus graui aliquo periculo laborat, propter iram Dei pœnitentia placandam.

## De Confeſsione.

I Vt confeſsio cum magno fructu, & vtilitate fiat, debet eſſe humilis exteriùs & interiùs.

II Debet eſſe pura, vt fiat propter rectum finem ad diuinã gratiam impetrandam. Et pura, vt non dicantur aliena, & impertinentia, ſed ſola peccata propria.

III Fidelis, hoc eſt verax, vt certa pro certis, dubia pro dubijs dicantur.

IIII Frequens. Nam licet Eccleſia non præceperit ſæpiùs confiteri quàm ſemel in anno: conſideret tamen quilibet Chriſtianus quantum detrimenti in anima patiatur ex tam rara confeſsione, propter obliuionem multorum peccatorum: propter infirmitatem & conſuetudinem ſæpiùs peccandi, quæ per frequentem confeſsionem tolli, & corrigi poſſent: propter pericula incertæ mortis, quare etiam eſt vtilè vt ſit con-

confeſsio accelerata, id eſt, vt ſtatim fiat poſt peccatum aliquod graue, & mortale admiſſum.

Nuda, hoc eſt, aperta & clara, non obſcura, ſine inuolucris & ambagibus. V

Diſcreta, hoc eſt, prudens, vt ſcilicet confitens prudenter ſe habeat in peccatis recẽſendis, in modo confitendi, & dicendi, in quærẽdo bono & docto confeſſario. VI

Lubens, non ex timore humano, præcipuè infamiæ, vel alterius incommodi, ſed ex vero ſalutis propriæ deſiderio. VII

Verecunda, hoc eſt erubeſcens. Erubeſcere enim debet peccator, primùm apud ſe propter turpitudinem peccati: & offenſionem Dei: Deinde apud Sacerdotem, ne quaſi iactando, vel narrando hiſtoriã dicat peccata, ſed humiliter, & cum pudore. VIII

Fortis, hoc eſt, vt conſtanti animo vincat pudorem, neque præ verecundia aliquid reticeat, quod dicendum eſt. IX

Accuſans, hoc eſt, imputans ſibi ipſi peccatum: non enim debet cõfitens conferre culpam in cælum, mundum, diabolum, carnem, complexionem, alios homines, quia hoc eſſet ſe non accuſare, ſed excuſare. X

Parêre & obedire parata, nempe vt pœnitens ſit paratus ſuſcipere, & implere pœnitentiam ac ſatisfactionem, pro peccatis à ſacerdote impoſitam. Hæ conditiones ſanctæ ſunt à Paſtoribus populo ſæpe proponendæ, vt diſcat & aſſueſcat in confitendo eas obſeruare, & adhibere. Non tamen ita ſunt neceſſariæ, vt duæ quæ ſequuntur, ſine quibus iteranda eſſet confeſsio facta. XI

Debet eſſe lachrimabilis, hoc eſt, cum contritione & dolore. XII

Ad dolorem & contritionem duo requiruntur. Primùm vt peccata omnia præterita & commiſſa relinquat, deteſtetur & odio habeat. Secundum, vt proponat in futurum omnia cauere, & occaſionem peccandi auferre, abijcere, & vitare: quare niſi reipſa peccata relinquat pœnitens, dicatur illi Amice bene facis, quòd oſtendas te habere bonam voluntatem emendandi te, & quia id potes & debes, vade & fac ſtatim quamdiu es in iſta ſancta voluntate, & poſtea reuertere, & abſoluam te. Dare debet tamen ſacerdos operam, vt pœnitens ſentiat peccatorum grauitatem: Primùm oſtendendo in genere, quàm graue ſit peccatum mortale ex Dei iudicijs cõtra Luciferum, contra primos parentes, & totum genus humanum propter vnius præcepti inobedientiam: Ex pœna debita cuilibet peccato mortali, quo perditur gratia Dei, & regnum æternæ beatitudinis: Ex remedij quoque difficultate.

# De Sacramento

Agreſtiores & duriores etiam obiurgandi & increpandi ſunt, Sapiẽtiores blãdè, & cum dexteritate tractandi, proponendo quòd ſi in tali peccato fuiſſent mortui vbi eſſent.

**D** ebet eſſe integra. Omnia enim & ſingula mortalia peccata, quorum ſibi quiſque conſcius eſt, quantum per fragilitatem humanam fieri poteſt, eidem ſacerdoti confiteri oportet. Deus enim non remittit vnum peccatum ſine alio, nec ſacerdos debet aut poteſt abſoluere ab vno peccato ſine alio. Neceſſe eſt ergo numerum peccatorum mortalium confiteri, quia non minus eſt peccatum decimum quàm primũ. Hîc tamen faſtidium & tædium vitandum eſt. Quando numerus dubius eſt, & ignotus pœnitenti, dicat eo modo quo aptiſsimè poteſt, manifeſtando tempus quo in peccato fuit.

**V** t integra ſit confeſsio non ſolum neceſſe eſt vt confitens nihil prætermittat volens, vel ex verecundia, vel ex timore, aut puſillanimitate, aut ex alia quauis cauſa illicita: ſed neceſſe quoque eſt, vt diligenter conſcientiam examinando ſe præparet ad confeſsionem, cõſideratis temporibus, locis, perſonis, negotijs, cum quibus, & in quibus ab vltima confeſsione verſatus ſit.

## De Interrogationibus.

**S** i confitens omittat aliquid neceſſarium ad confeſsionem, tenetur confeſſarius interrogare, alioqui grauiter peccat, ſi cauſa nõ bene cognita ſententiam temerariam ferat, & abſoluat quem abſoluere non deberet. Vbi autem prudens confeſſarius bona fide putat non eſſe opus interrogatione, non peccat, ſi non interrogat.

## Quid interrogandum ante Confeſsionem.

**P** rimò, ſi ignoret, an pœnitens ſit de ſuis ſubditis, aut parochianis.

**S** ecundò, an ſit paratus relinquere omnia peccata, & doleat de illis. Item an excommunicatus.

**T** ertiò, an ſit benè paratus ad confitendum, & conſcientiam diligẽter diſcuſſerit. Si non, dimittendus eſſet, vt ſe diſcutiat, conſtituto tempore, quo redeat. Si mors, vel phreneſis immineret, vel non ſit veriſimile quod redibit ſemel dimiſſus, vel ſi dicat aliquo modo (licet obiter ſatis) ſe diſcuſsiſſe ſuam conſcientiam, monendus eſt, vt in poſterum diligentius ſe præparet: & quod recordatur ſyncerè dicat cũ omni humilitate & diſplicentia peccatorum.

Q uartò, petat an fecerit pœnitentiam iniunctam, & an integrè confeſſus ſit in præteritis confeſſionibus. Nam ſi videtur iteranda, hortetur eum, vt ſe præparet, & tempus ſumat ad omnia confitenda.

Q uintò, petat etiam (ſi neſciat) ſtatum confitentis, conditionem, & officium eius, vt aptius cum eo procedere poſsit. Non enim eadem interroganda ſunt ex laicis, & clericis, mercatoribus, & Doctoribus.

S extò, petat etiam à quo tempore non ſit confeſſus.

# De interrogationibus ipſius Confeſsionis.

A nte interrogationes ipſius confeſsionis, iubeat Confeſſarius pœnitentem dicere peccata ſua, eo modo quo poteſt, eúmque quãdiu dixerit quod meminit, audiat attente, & ſine interruptione, niſi forte videretur monendus obiter (ſi erraret in eo) ne nominet perſonam aliquam, vel non dicat ſuperflua, & ad rem non pertinentia.

E t propoſita ſpe miſericordię hortetur eum, vt vere, integre, ac libere reſpondeat ad interrogata: quod cum pueris & mulieribus maxime eſt neceſſarium, ne quid propter verecundiam taceant, ſed nec dicant amplius quàm ſciunt, ſed certa pro certis, dubia pro dubijs, prout ipſi meminerint.

I n interrogationibus eſt cauendum ne ita aperte & explicite interroget, quæ communiter non ſunt nota, vt doceat pœnitentem quæ neſcit. Ideò à longe procedere oportet, vt qui de cogitationibus, & verbis turpibus negat, non eſt quòd de factis obſcœnis & inhoneſtis interrogetur.

Q ui diligenter ſe examinaſſe videntur, non ſunt multis interrgationibus moleſtandi.

I nterrogando diſcurrat per decem præcepta, & peccata capitalia, quæ in decem præceptis non ita manifeſtè continentur, vt Superbia, Acedia, Gula, &c.

E t quia octauum, nonum, & decimum præceptum ad quartum, ſextum, & ſeptimum facilè referri poteſt, breuitatis cauſa de ſeptem tantum præceptis ſequentes verſus, ex quibus confeſſarius inſtrui ad interrogandum poſsit, notentur.

## Circa primum præceptum.

*C orde, uel ore negans errore, aut ſchiſmate ductus.*
*A nceps, Blaſphemus, qui tentat, qui malè cultor.*
*Q uemque ſuperſtitio grauat, aut cum Dæmone pacta.*

*Deſperans, malè confidens, mundique timore*
*Recta ſinens, propriæ ignorans præcepta ſalutis.*
*Terrenis hærens nimium, ac diuina peroſus.*

Circa ſingula præcepta ordo ſeruetur: vt primò de cogitationibus, ſecundò de verbis: tertiò de operibus: quartò de omiſsionibus fiat interrogatio.

Circa primum ergo præceptum interrogandum eſt de fide catholica, Spe, & Charitate: de Hæreſi, & libris hæreticorum an legat, an habeat. Item de deſperatione, Præſumptione quando ſine pænitentia venia ſperatur, aut differtur emendatio in ſenectutem. De tentatione Dei, qua miracula non neceſſaria expetuntur. De Blaſphemia Dei, ac Sanctorum. De murmuratione contra Deum vel Sanctos. De diuinis, ſagis, maleficis, qui de rebus amiſsis, vel furto ſublatis conſuluntur. Item qui remedijs ſuperſtitioſis febres, alióſque morbos hominum, & pecorum per incantationes curant. Huc etiam pertinent peccata eorum, qui nimis affecti ſunt ad temporalia.

Et peccata per omiſsionem, quando timore oblocutorum, & irridentium omittit quis debitum Dei cultum, vel non audet ſe oſtendere catholicum: abſtinere à carnibus diebus ſtatutis: vel quando ignorat quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, vt decem præcepta legis: quinque Eccleſiæ: Credo. Pater noſter.

# Circa ſecundum præceptum.

*Qui uiolat promiſſa Deo: quiq; aſſerit audax*
*Iurando falſa: aut temerè: quique improba uouit.*
*Iurauitque, alios nec ad id traxiße ueretur.*

Hîc peccant, qui ſcienter affirmant falſum.

Item qui promittendo iurant, nec intendunt ſeruare.

Item qui iurant facere quod peccatum eſt, vel non facere quod bonum eſt.

Item, qui temerè, irreuerenter, in rebus leuibus, per iocũ, & ſine cauſa iurant.

Item, qui vouent rem illicitam, vel licitam propter malum finẽ, qui uotum violant. Et in ſumma de votis & iuramentis atque promiſsione hîc ſunt pœnitentes interrogandi.

## Circa tertium præceptum.

*Quicquam operor uetitum: iniuſtum: & ieiunia linquo*
*Non perſoluo preces: uetitis me immiſceo ſacris.*
*Cum teneor non accedo: loca polluo ſacra:*
*Sacratas uiolo res: perſonáſque prophanus.*

Specialiter tum peccatur contra hoc præceptum, quando violantur feſta per opera externa ſeruilia, vel id fieri mandatur.

Item qui conſumunt dies feſtos in vanis: qui abutuntur ſacramentis, vel rebus ſacris.

## Per Omiſsionem.

Qui Miſſam & conciones negligunt, vel irreuerenter audiunt.

Qui non ſeruant ieiunia præcepta: qui vtuntur cibis prohibitis.

Qui non dicunt horas ad quas tenentur: vel vagantur mente, vel interim ſe alijs occupant.

## Circa quartum præceptum.

*Non ueneror: non morigeror: non adiuuo patrem.*
*Coniunctóſue pius foueo: aut humanus egenos:*
*Cui teneor parere: & quem obſeruare recuſo.*
*Próque bonis ſæpè ingratus contraria reddo.*

Hîc peccant qui cogitationibus, uerbis, aut factis parentes, & quoſuis alios ſuperiores offendunt, non honorant, non ſubueniunt in neceſsitatibus: qui optant mortem eorum, indignantur ſanguine iunctis.

Qui contra teſtamenta, contra principes, contra ſtatuta faciunt.

Ingrati contra benefactores, ſiue uiuos ſiue mortuos: negligentes erga filios, domeſticos, famulos, in his maximè, quæ ad Dei cultum, ad Miſſam, ad conciones, ad ſalutem pertinent. Item inhumani aduerſus pauperes.

## Circa quintum præceptum & octauũ.

*Ex odio mortem: uel corporis infero damna.*
*Quæro inimicitias: pugnans: iniuſtáque bella.*
*Inuideo: accuſo falſó: malè detraho famæ.*
*Vindictam iratus meditor: conuicia: rixas.*
*Ad peccata alium induco: me ſponte periclis*
*Offero: me cædo impatiens: mortémue peropto.*

Huc

# De Sacramento

Huc pertinent Procuratio ſterilitatis, vel abortus: homicidia: bella iniuſta: punitiones, & correctiones innocentum, vel grauiùs aut leuiùs quàm delicta merentur: iræ: vindictæ: vltiones. Omiſsione peccant, qui non iuuant alios quando tenentur.

## Circa ſextum præceptũ & nonum.

*Extra coniugium ueneri qui cedit iniquæ,*
*Alterius uiolare thorum qui mente paratus.*
*Qui loquitur laſciua: animo qui turpia uerſat.*
*Per uiſus, nutus, tactus malè tendit adulter.*
*Ad ſcelus: inceſtum admittit cum ſanguine iuncta.*
*Cúmque uiro intacta ſtuprum: Chriſtóque dicatam*
*Sacrilegus uiolat: Scelera his adiunge nefanda.*

Hîc peccatur cogitatione, & delectatione interiore, quando non repelluntur turpes cogitationes.

Diligenter ſunt à cogitationibus prauis pœnitentes deterrendi, ex quibus tanquam ex fonte verba & facta turpia oriuntur.

Ad verborum turpitudinem pertinent literæ, internuncij, cantilenæ obſcœnæ. Ad opera, aſpectus inhoneſti, nutus, munuſcula, ornatus corporis ad malum finem, oſcula, tactus impudici, in quibus omnibus extra matrimonium eſt peccatum mortale.

Peccatum omiſsionis eſt, Non armare ſeſe contra tentationes carnis, non vitare occaſiones.

## Circa ſeptimum præceptum & decimum

*Rem cupio alterius: damnum fero: fraude, rapina*
*Vſurpo, aut teneo: non ſum ſatiabilis: opto*
*Per fas, atque nefas ditari: uſura: malíque*
*Contractus: & lucra placent inhoneſta: propinqui*
*Mentior in damnum: malè ludo: ſúmque profuſus.*

Prohibetur auaritia, & inordinata cupiditas habendi, vel retinendi tàm temporalia quàm eccleſiaſtica bona. Primùm in cogitationibus & voluntate ſola: Deinde in verbis pertinentibus ad damnũ proximi: Poſtremò in factis, vt ſunt furta, ſimonia, fraudes in emendo, vendẽdo, rapinæ, adulterinæ monetæ, iniqua pondera, menſuræ, damnum proximorum, retentio rerum inuentarum, luſus lucri cauſa tantum, fraus in luſu, infidelitas famulorum, & operariorum, qui conducti non fideliter laborant: mẽdicatio eorum qui non egent, Itẽ vſuræ.

Omiſſione peccant tenaces, & qui theſaurizant, quæ alijs communicare oportebat.

## De Superbia.

*Non accepta Deo refero bona: uel mea certe*
*Ob merita accepiſſe reor: ſæpe arrogo quæ in me*
*Non ſunt: aut certè uideor præcellere cunctis:*
*Ambitione tumens: uerum impugnare paratus*
*Atque obſtinatus proprium defendere ſenſum:*
*Nec ſolitus proprias ulla in re agnoſcere culpas.*
*Iudico: contemno: derideo réſque homineſque.*
*Scire uolo, & facere aggredior ſuperantia uires.*
*Peccandi haud timeo, fretus uirtute, pericla.*

## De Gula.

*Sollicitus paro lautitias, & tempus edendi*
*Præuenio: uetitis, crebrò, cupidéque, nimiſque,*
*Delector: uentri demúm omnem defero cultum.*

## De Acedia

*Non bene ago: ſed & acta dolent, me aduerſa repentè*
*Deijciunt: & dona Dei mihi tradita temno.*
*Virtutiſque labor grauis eſt: magis otia pigrum*
*Delectant: refugit mens ardua: ſæpè uagatur:*
*Spirituale bonum tædet curare: remiſſus*
*Ad bona quæ teneor: diuina exhorreo iuſſa.*

De alijs capitalibus, vt Ira, Inuidia, Luxuria, Auaritia, dictum eſt in decem præceptis.

Ad hæc quę dicta ſunt, poſſunt omnia peccata referri, vt non ſit neceſſe de peccatis alienis, clamantibus in cælum: de peccatis in Spiritum ſanctum ſpeciatim confiteri, aut interrogare: nec de operibus miſericordiæ neque de articulis fidei, & cæteris quæ dici ſolent.

Tamen pro ſtatu, & conditione ipſius confitentis prudẽs Confeſſarius accommodatè debet quædam interrogare: quia quædam ſunt propria mercatorum, alia agricolarum: alia puerorum: alia adultorum, & ſic de ſimilibus.

De

# De Satisfactione.

Poſt Confeſsionem & interrogationem, ſi antè aliquando confeſsi idem peccatum, non reſtituerint, cùm tamen poſſent, tutiùs eſt omnino non abſoluere, ſed dimittere eos ad reſtituendum, & ſatiſfaciendum, atque deinde facta reſtitutione eos abſoluere.

Poſtea iniungatur ante Abſolutionem ſacramentalis ſatiſfactio, vel pœnitentia.

Sunt autem tria ſatiſfactoria opera. Ieiunium, Oratio, & Eleemoſyna.

I Ex quibus pęnitentia iniungēda eſt, pro qualitate & grauitate peccati: præſtat tamen errare minorē æquo, quàm maiorē imponēdo.

II Sacerdos in imponēda pęnitentia potiſsimum ſpectet, vt vitia extirpentur, & occaſiones peccatorum vitentur.

Nec ſolúm criminis in imponenda pœnitentia eſt habenda ratio,
III ſed magis perſonæ. Non enim debet iniungi pœnitentia in præiudicium tertij: quare non debet imponi ſeruo peregrinatio, aut magnum ieiunium, quo opus domini impediretur. Nec pro occulto peccato, manifeſta pœnitentia, ex qua in ſuſpicionem illius veniri poſsit.

IIII Quædam etiam relinquentur arbitrio & diſcretioni confitentis.

Qui dolorem ſufficientem & propoſitum abſtinendi à peccatis ſuis oſtendunt, ſpe veniæ propoſita, & ſi opus fuerit, conſolatione adhibita, conſilijs, & remedijs in futurum, iuuentur.

Curet Confeſsarius pœnitentem ad emendationem vitæ armare, contra defectus ſuos, ad quod plurimum prodeſt renouare ſæpe voluntatem non offendendi Deum in futurum.

Occurrere prauis cogitationibus, vnde reliqua mala oriuntur.

Reuocare ad memoriam beneficia Dei, & pœnas quas peccator meretur.

Iuuat etiam ſtatim pœnitere, & dolere, ſi peccatum aliquod accideret, & pœnitentiam ſibi iniungere.

Iuuat bona ſocietas: eleemoſina: Paſsionis Chriſti meditatio: frequens confeſsio: & communio.

Videat prudens Confeſsarius, ad quod peccatum pœnitens ſit magis procliuis, & contra illud remedium oſtendat, vt contra illud præcipuè pugnet, ſæpe renouando propoſitum, & ſibi aliquam pœnitentiam, quoties acciderit iniungendo.

# De Abſolutione.

Iniuncta pœnitentia, & dictis quæ dicenda iudicauerit ſacerdos, dicat hanc orationem.

Miſereatur tui omnipotens & miſericors Deus,&c.

Non eſt addenda vlla conditio de futuro in Abſolutione: qualis eſſet, Si reſtitueris,vel ſi pœnitentiam egeris,ego te abſoluo.

# Quando abſolutio à confeſſario neganda ſit, Aut ſi detur,erit irrita,& ſine fructu, & proinde iteranda Confeſsio.

ET primò ex parte confitentis: Si deeſt contritio, & dolor cum propoſito abſtinendi: huiuſmodi ſunt vſurarij: concubinarij: ſcienter tenentes rem alienam, nec volentes reſtituere cùm poſsint: habentes plura beneficia incompatibilia: non reſidentes ſine legitima cauſa,& facultate Superiorum in beneficijs curatis, & alijs requirentibus reſidentiam perſonalem: habentes libros hæreticos, & generaliter quicunque habent propoſitum ac voluntatem peccandi mortaliter. I

Si confeſsio non eſt integra,vt ſi ex intentione,ſiue a volente, & ſciente aliquod peccatum omiſſum & tacitum eſt in confeſsione. II

Item ſi negligenter adeo diſcutiatur conſcientia, vt parui pendatur, an aliquid neceſſarium in confeſsione omittatur. III

Si pœnitens ſit excommunicatus.

Ex parte verò Confeſſarij irrita eſt abſolutio, & confeſsio iteranda, propter ignorantiam confeſſarij,& ſcientiæ defectum: ſi adeo eſt ignarus Confeſſarius,vt vel non intellexerit ſermonem confitentis,vel neſciat qua forma,& quibus verbis ad abſoluendum vti debeat. IIII

Cùm conſtat Confeſſarium mẽtis compotem non fuiſſe, vt verbi gratia propter ebrietatẽ, vel non voluiſſe abſoluere, ſed finxiſſe ſolùm. V

Si conſtet Confeſſarium non habuiſſe poteſtatem abſoluendi, hoc eſt, non fuiſſe ſacerdotem, vel non habuiſſe poteſtatem iuriſdictionis ordinariam,vel delegatam: vel nõ habuiſſe vſum poteſtatis propter excommunicationem,aut ſuſpenſionem. Nam nominatim excommunicati maiori excommunicatione, aut ſuſpenſi prohibentur ab vſu poteſtatis,nec abſoluere poſsunt. VI

# De Caſibus reſeruatis.

Caſus reſeruati dicuntur peccata quędam grauiora & maiora, quę à Romano Pontifice, & Epiſcopis ſanctè & iuſtè reſeruantur, à quibus inferiores abſoluere nō poſſunt, & ſi abſoluunt de facto, peccant, & irrita & nullius momenti eſt abſolutio.

Ratio huius eſt duplex, vtilitas non minima. Prior, quia hac ratione deterrentur à grauioribus peccatis perpetrandis. Quod enim à quouis abſolui poteſt faciliùs committitur. Altera verò, quod maiores, & periculoſiores morbi reſeruantur peritioribus medicis.

## CASVS RESERVATI REVERENDISSIMO ARCHIEPISCOPO.

I Peccatum Clerici, propter quod incurrit Irregularitatem.

II Votorum violatio, maxime poſt votum Caſtitatis matrimonio cōtracto.

III Crimen incendiarij.

IIII Peccatum omne, propter quod ſolemnis pœnitentia indicenda eſt.

V Omnis Excommunicatio maior à Reuerendiſsimo Archiepiſcopo, eiúſque officialibus lata.

VI Suſceptio Tonſuræ, vel ordinis alicuius ab alieno Epiſcopo, ſine facultate Reuerendiſsimi Archiepiſcopi, tanquam ordinarij.

VII Homicidium voluntarium, facto, vel præcepto, conſenſu, conſilio, adhortatione, vel quocunque modo perpetratum.

VIII Machinatio in mortem proprij, vel propriæ coniugis.

IX Crimen Falſariorum, tam monetæ, quam litterarum, & inſtrumentorum publicorum.

X Violatio Eccleſiaſticæ libertatis, vel immunitatis.

XI Sacrilegium, Diuinatio, Incantatio, & ſimilia Magica.

Mini-

| | |
|---|---|
| Miniſtratio,& executio ordinis ſacri non ſuſcepti. | XII |
| Celebratio Miſſæ à non ieiuno, ſine veſtibus ſacris, in altari non conſecrato, loco, aut tempore interdicto, ſcienter facta. | XIII |
| Abuſus hoſtiæ, Chriſmatis, Olei ſacri, vel cuiuſuis rei ſacratæ. | XIIII |
| Omnis inhoneſtas circa Euchariſtiæ ſacramentum, vel culpa, vel negligentia commiſſa. | XV |
| Secundarum nuptiarum benedictio. | XVI |
| Sepultura Hæreticorũ, & publicè excommunicatorũ, in loco ſacro. | XVII |
| Periurium Clericorum, attactis ſanctis Euangelijs. | XVIII |
| Percuſſio parentum, vel enormis eis irrogata iniuria. | XIX |
| Crimina latrocinantium, & inſidiantium, viatoribus & itineribus. | XX |
| Defloratio violenta virginum: & earundem raptus. | XXI |
| Matrimonium cum aliquo, vel aliqua initum viuẽte adhuc coniuge. | XXII |
| Matrimonium contractum, cum illa, quam, viuente marito, per adulterium cognouit. | XXIII |
| Conceptus prolis ex alieno, quem maritus pro ſuo, neſcius, educat. | XXIIII |
| Oppreſſio prolis ſtudioſa, vel ex negligentia, tam ante partũ, quàm poſt patrata. | XXV |
| Procuratio ſterilitatis, vel abortus. | XXVI |
| Coitus cum Moniali, vel conſanguinea, vel Iudæa, & contra. | XXVII |
| Sodomia, & cum Brutis congreſſio. | XXVIII |
| Commixtio Sacerdotis cum filia ſua Spirituali, quam ſcilicet baptizauit, vel cuius confeſſionem audiuit. | XXIX |
| Omnis enormis blaſphemia in Deum, vel Sanctos. | XXX |
| Crimen hæreſis, iuxta Concilium Tridentin. Seſſ. 24. cap. 6. de Reformatione. | XXXI |

# SEQVVNTVR CASVS PROPter excommunicationē ſoli Papæ reſeruati in bulla, quæ ſolet ſingulis annis in coena Domini publicè legi.

I Excommunicantur primò omnes hæretici cuiuſcunque ſectæ exiſtant. Et omnes eorum fautores, receptores, & illis credentes, ac eorū libros, ſine authoritate ſedis Apoſtolicæ, ſciēter quomodolibet legētes, publicè, vel occultè, ex quauis cauſa, quouis colore, & generaliter omnes defenſores eorum.

II Qui ad ſedem Apoſtolicam venientes cauſa peregrinationis, vel deuotionis, vel ibi commorantes offendunt.

III Qui cauſarum in curia Romana pendentium curſum, & literarum Apoſtolicarum executionem impediunt.

IIII Qui eccleſiaſticas perſonas ad ſuum tribunal, & audientiam præter iuris communis diſpoſitionem trahunt, quíque ſtatuta contra Eccleſiæ libertatem faciunt.

V Qui iurisdictiones, vel bona eccleſiaſticorum vſurpant, aut ſequeſtrāt, quíque eis talias & decimas imponunt, aut ab vltrò dantibus accipiunt, aſſenſum, vel conſilium præſtant abſque Romani Pontificis expreſſa licentia.

VI Item laici qui ſe intromittunt in cauſis capitalibus ſeu criminalibus contra perſonas Eccleſiaſticas, eas capiendo, proceſſando aut ſententias contra eas proferendo, vel exequendo.

VII Officiales & prælati ſpirituales cauſas ab Apoſtolicis iudicibus auocantes, & executionem literarum, & mandatorum Apoſtolicorum impedientes.

Piratæ & ſpoliantes naufragos chriſtianos rebus ſuis.

VIII Qui prædictos & alios in eâdem bulla excommunicatos abſoluere præſumpſerint, excommunicantur: & ſi abſoluerint irritum & nullius roboris declaratur.

Præ

# Præter ſupradictos caſus bullæ coenæ Domini, hi etiam in iure, Papæ reſeruãtur, propter excõmunicationes annexas.

Iniectio manus violentæ in clericum, vel monachũ grauis & enormis: nam leuis Epiſcopo reſeruatur, & ab eo abſolui poteſt. I

Effractores, & ſpoliatores templorum denunciati. II

Incendiarij poſtquam ſunt excommunicati, & denunciati. III

Clerici qui ſponte communicant cum nominatim excommunicatis à Papa, & ipſos in officijs recipiunt. IIII

Intrantes monaſteria monialium recluſarum, ſiue eccleſiaſticæ, ſiue ſeculares perſonæ ſint, ſine licentia eorum, qui eam dare poſſunt. V

Clauium officium eccleſiaſticis perſonis conceſſum impedientes. VI

Dantes & recipientes in Simoniam ordinis, vel beneficij. VII

Abſoluẽtes Simoniacos in ordine, vel beneficio, vel à caſibus in bulla cœnæ Domini contentis. Item vota peregrinationis vltra marinæ, vel viſitationis liminum Apoſtolorum Petri & Pauli, & in compoſtella. Item caſtitatis ac religionis commutare præſumentes, ſimiliter excommunicantur, à ſolo Papa abſoluendi. VIII

Religioſi, qui ex ordinibus mẽdicantium ad alium ordinem monaſticum (excepto Carthuſienſi) tranſeunt, & qui eos recipiunt. IX

Religioſi excommunicatos a canone (præterquam in caſibus in iure expreſsis, vel per priuilegia ſedis Apoſtolicæ conceſsis) vel à ſententijs per ſtatuta prouincilia, ac ſynodalia promulgatis, aut a pœna & culpa abſoluere præſumentes. X

Dantes aut recipientes ex pacto pro ingreſſu religionis. XI

# Sequentes Excommunicationes reſeruantur Epiſcopis.

Compellentes Eccleſiaſticos ad ſubmittendum eccleſias, & bona ſeu iura ipſarum laicis.

Grauantes & vexantes perſonas eccleſiaſticas eò quod rogati eum, pro quo rogabuntur non elegerint.

Impedientes eos qui litigant in foro eccleſiaſtico in cauſis, quæ de iure, vel conſuetudine ad dictum forum pertinent.
Grauantes & vexantes eos, qui in ipſos excommunicationis vel ſuſpenſionis ſententiam protulerunt.
Domini temporales interdicentes ſubditis, ne eccleſiaſticis vēdant, emant, coquant, molant, aut alia obſequia exhibeant: vſurpantes bona Eccleſiarum vacantium.
Exigentes aliquid ab eccleſiaſticis tranſeuntibus pro rebus ſuis: quas non negotiationis cauſa deferunt.
Communicantes ſcienter in crimine cum crimino ſo nominatim excommunicato, ei conſilium, auxilium, vel fauorem impendendo.
Vſurpantes Prælatorum eccleſiaſticam iurisdictionem, vel eos collectis, aut tributis onerantes.
Qui reuocant, vel vi, aut metu extorquent a Prælatis eccleſiaſticis libertatem abſoluendi, vel pœnas excommunicationis.
Impedientes monialium viſitatores in ſuo officio.
Sepelientes in loco ſacro hæreticos.
Qui in cœmiterijs excommunicatos publicè, vel nominatim interdictos, vel manifeſtos vſurarios ſcienter ſepelire præſumunt.
Qui ſcienter in gradibus prohibitis, aut cum monialibus, vel qui in religione aut ſacris conſtituti matrimonium contrahunt, aut qui inter ipſos ſcienter huiuſmodi matrimonia celebrant.
Religioſi, ac alij clerici perſonatus habentes, medicinam audientes.
Qui ſtatutis ſuis vſuras fouent.
Religioſi temerè habitum dimittentes, vel ad quæuis ſtudia ſine licentia accedentes.
Cogentes virgines, vel viduas inuitas ingredi religionem.
Item; qui earum ſanctam voluntatem, religionem profitendi, ſine iuſta cauſa impediunt.
Monachi qui ad Principum curias ſe conferunt, vt damnum aliquod inferant Prælato, aut Monaſterio.
Monachi intra ſepta monaſterij ſine licentia Abbatis arma tenentes.
Religioſi, qui ad retrahendum debitores à ſolutione decimarum aliqua proferre præſumunt.
Bona eccleſiaſtica alienantes, vel alienata recipientes.
Impedientes legatos, vel nuncios Apoſtolicos, ne recipiantur, vel faciant ea ad quæ ſunt miſſi.
Sunt aliæ excommunicationes, ſed quia in his regionibus raro incidunt, breuitatis cauſa prætereuntur.

Quid

# Quid agendum ſit ei qui habet caſus reſeruatos.

Adeat ſuum paſtorem, & petat ab illo, vt ſibi procuret facultatem abſoluendi a caſu reſeruato, vel caſibus reſeruatis: Et ſi ipſe Epiſcopus non velit concedere eam facultatem paſtori, ſed ipſe velit audire confeſsionem pœnitentis, tunc qui irretitus eſt huiuſmodi caſibus, tenetur adire Epiſcopum, & ei integre omnia peccata confiteri, etiam non reſeruata. Quòd ſi nolit Epiſcopus audire confeſsionē integram pœnitētis, iniuncta ſalutari pœnitentia pro caſu reſeruato, remittat pœnitentem ad ſuum paſtorem, qui ei integrè reſeruata, & non reſeruata confiteri teneatur.

## Notandum

In mortis articulo poſſunt omnes a quocunque exceſſu, crimine, quantumuis enormi, & excommunicatione, a quocunque ſacerdote abſolui: vbi tria obſeruanda.

Primùm, vt ſatisfaciat iniuriam paſsis.

Secūdò, vt infirmus promittat, ſe recuperata ſanitate, & alijs impedimētis legitimis ceſſātibus præſentaturū ei, a quo ordinarie & regulariter erat abſoluēdus, quia alioqui recideret in excommunicationem, a qua fuerat abſolutus.

Tertiò, quod ſi in illa infirmitate deceſſerit, amici & hæredes ſecundum cautionem defuncti, læſis ſatisfaciant, aut areſtam bonorum defuncti admittant, & indultum ſepeliendi defuncti à iudice, qui eundem excommunicauit, petant, & ſic defuncti corpus ad eccleſiaſticā ſepulturam ſuſcipiatur, niſi aliud defuncti delictum de iure vel conſuetudine obſtaret.

Vt timeatur & vitetur excommunicatio, aliquando docendum eſt breuiter quid ſit, quæ, ac quanta mala efficiat.

## Excōmunicatio quid ſit, & quotuplex.

Excommunicatio duplex: Maior: Minor.

Excommunicatio Maior, vt nomen ſonat, eſt exterminatio extra communionem, & ſocietatem Chriſtianorum, & fidelium, vt habeatur iuxta verbum Chriſti, velut ethnicus & publicanus, quare etiam vocatur Anathema. Mat.18. Gal.1. 1.Co.16

## Effectus excommunicationis maioris.

I P riuantur fructu & participatione omnium diuinorum, hoc eſt, ſacramētorum omnium Eccleſiæ,& diuinorum officiorum: quare nec ſacrificio Miſſæ, nec alijs officijs eccleſiaſticis licet eis intereſſe, vbi etiam ab alijs vitandi ſunt, maximè ſi ſunt nominatim excommunicati, vel propter manuum violentam in clericum iniectionem notoriam. Licet tamen eis audire verbum Dei,& extra officiorum tēpus ingredi Eccleſiam.

II P riuantur communione, & participatione bonorum operum Eccleſiæ,& orationum, ſicut membra a reliquo corpore amputata.

III E xcluduntur à regno cælorum Matth.18. Qui Eccleſiam non audierit,&c.

IIII E xcluduntur & prohibentur ab actu cuiuſcunque ordinis. Vnde qui audit confeſsiones, concionatur, celebrat Miſſam, aut quodcunque ordinis officium excommunicatus exequitur, fit irregularis.

V Priuantur & prohibentur a beneficijs eccleſiaſticis, quæ nec accipere ab alijs, nec alijs conferre poſſunt, nec percipere fructus beneficiorum, quæ antea habuerunt, quamdiu ſunt in mora petendæ abſolutionis. Et qui annum perſeueraret integrum in excōmunicatione, omnibus beneficijs poſſet priuari.

VI E xcluduntur ab ingreſſu religionis, niſi prius abſoluantur.

VII E xcluduntur ab electione canonica actiua & paſsiua, quod etiam de ſeculari dignitate vt imperiali vel regia intelligitur.

VIII E xcluduntur a ſpirituali poteſtate, vt nec ordinari, nec ordinare poſsint.

IX E xcluduntur ab omni actu legitimo: quare prohibentur conficere inſtrumenta publica: exercere officium procuratoris, aduocati, iudicis.

X P riuantur ſepultura in loco ſacro, ſi in excommunicatione decedāt.

XI E xcluduntur ab actibus omnibus humanæ conuerſationis, cuiuſmodi ſunt quæ hoc verſu ſignificari ſolent.

## Os, orare, vale, communio, menſa negatur.

S unt tamen caſus nōnulli, in quibus extra diuina, ſine omni vtrinque peccato, permittitur communio, qui continentur hoc verſu.



Vtile,

# Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe.

Vtile, hoc eſt, propter vtilitatem tam excommunicati, quàm non excommunicati: quia ab excommunicato licet exigere, & accipere debitum, quod non excommunicato eſt vtile. Item licet excommunicatum ( quod ipſius animæ vtile eſt ) monere, prouocare, vt reſipiſcat, & per pœnitentiam à contumacia deſiſtat.

Lex ſcilicet matrimonialis, quia vxor cum marito non prohibetur communicare.

Humile, hoc eſt, propter ſubiectionem, quia filij, ſerui, ancillæ, qui ante excommunicationem ei ſeruiebant, poſſunt cum eo poſt excommunicationem manere.

Res ignorata, quãdo videlicet ignoratur alius eſſe excõmunicatus.

Neceſſe, hac ratione licet etiam excommunicato dare eleemoſynam.

# De Excommunicatione minori, quomodo contrahatur.

Nunquam tenetur fidelis aliquem vitare, niſi fuerit nominatim & ſpecialiter, aut propter ſacrilegam, & notoriam manuum iniectionem in clericum excommunicatus. Concil. Conſtantien.

In duobus illis tantum caſibus excommunicatio minor contrahitur.

Primò, ſi communicatur cum nominatim excommunicato publicè excommunicatione maiore. I

Secundò, ſi cum excommunicatis propter manuum iniectionem violentam in clericum notoriam, vt factum non poſſit aliqua tergiuerſatione celari aut excuſari. Et vtrunque intellige extra caſus a iure permiſſos. II

# Effectus Excõmunicationis minoris.

Excommunicatus minori excommunicatione mortaliter peccat, & ſacrilegium committit, ſi recipiat quodcunque ſacramentum Eccleſiæ antequã abſoluatur. Non autẽ excluditur a diuinis officijs.

Abſoluere ab hac excommunicatione poteſt quilibet confeſſarius, habens poteſtatem audiẽdi confeſſiones: & ideo ad cautelam in forma abſolutionis præmitti debet abſolutio ab excommunicatione ante abſolutionem, dicendo: Abſoluo te in primis à vinculo excommunicationis in quantum poſſum, & indiges: deinde te abſoluo ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, &c.

De

# De Sacramento

## De Suſpenſione.

Suſpenſio eſt cenſura, & pœna eccleſiaſtica per quam prohibetur quis ab executione ordinũ, officiorum, vel iuriſdictionis: eſt enim potius pœna, quàm culpa, communiter tamen propter culpam & peccatum incurritur: & ſæpe propter culpam venialem. Non excludit per ſe a ſuſceptione ſacramentorum: quare ſuſpenſus poteſt abſolui ab excommunicatione maiore & minore, & a peccatis, & Euchariſtiam ſumere, & poſtea abſolui a ſuſpenſione.

Suſpenſio proprie pertinet ad clericos.

Nota. Regula generalis. Quando aliquis eſt ſuſpenſus a iudice, vel a iure, ab aliquo actu ſpirituali alicuius ordinis ſacri, ſi exequatur illum actum, fit irregularis.

## Quibus caſibus incurratur ſuſpenſio.

I Clericus publicus concubinarius, & notorius per ſententiam, vel per propriam cõfeſsionem factam in iudicio, ſine dubio eſt ſuſpenſus, quo ad ſe, & quo ad alios, & efficitur irregularis, ſi celebrat, & alij, qui interſunt, & audiunt diuina a talibus, peccant: licet forte ruſtici propter ignorantiam iuris excuſentur.

Idem dicendum eſt de concubinarijs notorijs euidentia facti, quando videlicet habent domi cõcubinam, & ex ea filios, nec poſſunt aliquo modo ſe excuſare, ſecundum veriorem ſententiam.

II Clericus conſentiens electioni de ſe factæ per poteſtatis ſecularis abuſum, ſuſpenſus eſt ab electione paſsiua, quia non poteſt eligi.

III Ordinati extra tempora, vel ab Epiſcopo non proprio, ſine licentia proprij Epiſcopi, vel nominatim excommunicato, ſuſpenſo, hæretico: vel per ſaltum ordinati: vel in excommunicatione, aut apoſtaſia, aut poſt contractum matrimonium.

IIII Suſpenſus eſt clericus duellum offerens vel ſuſcipiens.

V Suſpenduntur ab officijs, & a quibuſcunque beneficijs, qui decedente prælato alicuius Eccleſiæ cathedralis, regularis vel collegiatæ, bona ab eo dimiſſa, vel tempore vacationis obuenientia, occupat.

VI Suſpenſi ſunt triennio ab officio ſubmittẽtes laicis bona eccleſiarũ, ſeu iura, ſine conſenſu ſui capituli, & licentia ſedis Apoſtolicæ.

VII Suſpenditur per annum ab officio iudex eccleſiaſticus, ordinarius, vel delegatus, qui contra iuſtitiam, & conſcientiam in grauamen partis alterius, in iudicio quicquam fecit per gratiam vel ſordes.

Suſpen-

Suſpenduntur Epiſcopi & Superiores ab ingreſſu Eccleſiæ. Inferiores vero ab officio, & beneficio, qui dum viſitant dioeceſim exigũt pecuniam vel munera, vel a non vſitatis procurationem contra canones accipiunt. VIII

Interdicitur ingreſſus Eccleſiæ his qui celebrãt præſentibus excommunicatis publicè, vel interdictis, aut eos recipiunt ad ſacramenta Eccleſiæ, vel ſepulturam. IX

Suſpenſus eſt compromiſſorius, ſi eligit ſcienter indignum. X

Suſpenſus eſt ab omni actu legitimo excommunicatus maiori excommunicatione. XI

Suſpenduntur ab officio prædicationis omnes religioſi, qui poſtquã fuerint requiſiti per rectores eccleſiarum, ſcienter omiſerint facere conſcientiam confitentibus de decimis ſoluendis. XII

Suſpenduntur ipſo facto clerici ab officij executione qui recipiuntur ad communionem, vel oblationem altaris manifeſtos vſurarios. XIII

## De diſpenſatione à ſuſpenſione.

Suſpẽſus ſimpliciter a iure, poteſt ab Epiſcopo abſolui, niſi canonis conditor ſibi reſeruet. Si vero ſuſpenſus eſt ab homine, abſoluet, qui eam tulit, vel ſuperior.

Hæc quæ de Suſpenſione dicta ſunt, quia pertinẽt potius ad clericos quam ad laicos, docent paſtores non tam quomodo audiant confeſſiones aliorum ( niſi fortaſſe ſacerdotum ) quam quomodo ipſi faciant ſuam, vt videlicet peccata propria cognoſcant, & vitent, ſiue emendent.

Suſpenſus tenetur communiter abſtinere ab eo a quo ſuſpẽditur, vel a quo prohibetur, ſub pœna peccati mortalis. Imo etiam ſub pœna irregularitatis, a diuinis officijs, ſi ab illis ſuſpendatur.

## De interdicto.

Interdictum eccleſiaſticum eſt quædam prohibitio quãdo in aliqua terra, vel eccleſia, vel perſonæ interdicitur adminiſtratio ſacramentorum, vel diuinorum officiorum celebratio, ſiue executio aliquorum ſpiritualium.

Interdictum eſt triplex. Locale: Perſonale: Locale, & Perſonale ſimul. Locale, vt quando interdicitur ciuitas, prouincia, &c. hoc eſt, quando prohibentur homines ibi habitantes a certis ſacramentis ibi accipiendis, & a ſepultura, & ne clerici ibi publice celebrare & ſacramenta conferre poſsint.

Perſonale, quando populus, clerus, collegium, &c. interdicitur.

Loca-

Locale & Perſonale ſimul, quando locus & perſonæ ſimul ſunt interdicta.

Nominatim interdicti ſunt vitandi in diuinis à clericis celebrantibus ſicut excommunicati, non autem extra diuina. Celebrans ergo ſi admittit aliquem interdictum ad diuina, incurrit ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ.

Nemo tenetur ſeruare interdictum eccleſiaſticum à iure, vel ab homine generaliter promulgatum, niſi talis ſententia fuerit contra perſonam, collegium, eccleſiaſticam communitatem, vel locum certū, à iudice publicata, vel denunciata ſpecialiter & expreſsè, non obſtantibus quibuſcunque in contrarium.

Quia ergo in his locis rarus eſt interdicti huius vſus, & ante denunciationem, per iudicem faciendam, nemo peccat non ſeruando, nō videtur neceſse plura addere.

Eccleſiaſtica interdicta non indigent reconciliatione: ſed interdictum nudo verbo poteſt tolli, dicēdo Reuoco, Remoueo, vel Abſoluo, &c. non enim opus eſt aliqua certa forma verborum.

# De violatione ſiue pollutione Eccleſiarum.

## Quibus modis polluatur Eccleſia, ita vt indigeat reconciliatione.

I Ex effuſione ſanguinis magna & iniurioſè facta in Eccleſia, ſi factum eſt publicum: quòd ſi vnum ex his deſit, non polluitur.

II Polluitur & ex homicidio voluntario, ſine ſanguine, vt ſi fur ſuſpēdatur, &c. non autem ex homicidio fortuito, verbi gratia, lapide cadente de pariete. Si quis percuſſus in Eccleſia, extra moriatur, eſt polluta, non contrà. Si quis ſupra Eccleſiam, vt in tecto, vel infra interficiatur, quia fit extra, non polluitur. Si quis enormiter percutiatur, ſine tamen ſanguinis effuſione non polluitur. Licet conſuetudo laudanda ſit eorum, qui eccleſias hoc caſu reconciliant ad aliorum terrorem.

III Per effuſionem voluntariam ſeminis humani, ſi factum ſit publicū, quia Eccleſia non iudicat de occultis.

IIII Quādo ibi ſepelitur excommunicatus, vel paganus, ſiue infidelis: qui, ſi fuerit in vtero matris fidelis ſepeliendæ, vt quando moritur prægnans,

nans, ſepelietur cum matre tanquam pars, & membrum eius.
Si eccleſia vel altare, vel cœmiterium ab Epiſcopo publicè excommunicato conſecretur, vel etiam benedicatur, quia ante reconciliationem, nec celebrare, nec ſepelire ibi licet. V

## De Irregularitate.

Irregularitas eſt impedimentum canonicum quo quis ad eccleſiaſticos ordines promoueri, vel iã promotus, in eis miniſtrare prohibetur
Infamia iuris vel facti tollit executionem ordinum I
Ordinatio ab Epiſcopo excommunicato, ſciſmatico, hęretico, depoſito, ſuſpenſo, interdicto: ſecus ſi adhuc toleratur ab Eccleſia: II
Executio ordinis ſacri non habiti. III
Si ſuſpenſus excommunicatus maiori excommunicatione, vel interdictus ingerit ſe diuinis, celebrando, vel aliquid faciendo attributum certo ordini, fit irregularis. IIII
Si celebrat, vel aliquem ordinis actũ exequitur in loco interdicto. V
Si recipit ordines, etiam minores, in excõmunicatione maiori, fit irregularis. VI
Poſtremo quomodo fiat aliquis irregularis ex mutilatione, homicidio, vel ex cauſa ſanguinis, vt nec ordinari, nec in ordinibus ſuſceptis miniſtrare poſsit petendum eſt ex Canoniſtis. Non n. multum pertinet ad laicorum confeſsiones audiendas, imò nec ad audiendos clericos, quia ſuſpenſi, interdicti, & irregulares, ſi pœniteant, a peccatis abſolui poſſunt, manente ſuſpenſione, interdicto, & irregularitate, & nihilominus diſpenſatione opus habent, vel Papali, vel Epiſcopali, vel eorum quibus Papalis, vel Epiſcopalis authoritas communicata eſt. Et poſt quantãcunque pœnitẽtiã ſi interdicti, irregulares, vel ſuſpẽſi a diuinis, celebrarent, vel in diuinis officijs, a quibus prohibiti ſunt, miniſtrarent, peccarent grauiter, quoties id præſumerent. VII

## Diſpenſatio in Irregularitate.

Habens authoritatem vel commiſsionem diſpenſandi ab irregularitate dicat. Ego authoritate ſanctiſsimi Domini noſtri Papæ, vel authoritate ordinaria, vel vigore priuilegij tibi conceſsi & mihi exhibiti, tecum diſpenſo ſuper irregularitate (vel irregularitatibus) quam (vel quas) contraxiſti propter talẽ & talẽ cauſam (vel: ſi cõtraxiſti: quãdo eſt dubiũ) in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S. Quod ſi cõmiſsio habet certã formã inſertã, abſoluẽs eadẽ & nõ alia debet vti.

## Ante confeſsionem duo ſunt agenda Sacerdoti parocho.

CVm ad confitendum homines accedunt, Paſtor cum deteſtatione ſuorum peccatorum in templo, ſuperpelliceo & ſtola (niſi ſit religioſus) indutus, vel ſaltem veſte talari, excitet in ſe deſiderium & zelum erga ſalutem animarum per huiuſmodi, aut ſimilem orationem mentalem.

Ver. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

Reſp. Qui fecit cælum & terram.

Ver. Domine exaudi orationem meã.

Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

DOmine Deus propitius eſto mihi peccatori, & qui me indignum propter tuam miſericordiam miniſtrũ feciſti officii ſacerdotalis, quique omnes homines vis ſaluos fieri, non mortem volens peccatorum, ſed vt conuertantur & viuant, ſuſcipe orationem meam, quã fundo ante conſpectum clementiæ tuæ pro peccatis meis, & pro famulis ac famulabus tuis ad poenitentiam venientibus,

vt des illis ſpiritum compunctionis, vt reſipiſcāt a laqueis Diaboli, & ad te corde contrito per veram confeſsionem, & dignos pænitentiæ fructus reuertantur.

Alia.

Deus propitius eſto mihi peccatori.

Alia.

Deus ſub cuius oculis omne cor trepidat, & conſcientiæ cunctorum paueſcunt, propitiare famulis & famulabus tuis, & cunctorū malorum, & peccatorū medere languoribus, vt ſicut nemo eſt liber à culpa, ita nemo ſit alienus à venia. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Reſpon. Amen.

Deinde cūm pœnitens depoſitis armis (ſi fortè illis accinctus) flexis ambobus genibus, nudo capite, iunctis manibus, facto ſigno crucis.

✠ In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

ſedens ad latus Confeſſarij, qui manu interpoſita mutuum aſpectum impediat, niſi aliud ſit inter ipſum & pœnitentem, petierit benedictionem dicendo.

Benedic pater. vel Germanicè Herr gib mir den heiligen ſegen.

Benedicat confitenti, & dicat.

Dominus ſit in corde tuo, & in labiis tuis ad bene confitendum peccata tua. In nomine Patris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ſancti.

## In confeſsione duo quoque ſunt obſeruanda.

I Poſt generalem cōfeſsionem latino, vel vernaculo ſermone dictam vſque ad illam partem (Ideo precor) ſinat ea confitentem per ſe dicere, quæ meminit, vel interroget pro qualitate, & conditione confitentis ſecundum ordinem Decalogi: Præceptorum Eccleſiæ, & peccatorum mortalium, maximè Superbiæ, Gulæ & Accidiæ, quia alia in decem præceptis continentur.

II Poſt confeſsionem pro diſpoſitione pœnitentis conſoletur eum ſpe veniæ, vel obiurget, & grauitatem peccatorum oſtendat. Et in primis inquirat, an ſit paratus relinquere ſtatum peccati, vt concubinā, vſuram, artem quamuis illicitam, odia, inimicitias, furta, &c. quia ſi hæc nollet relinquere, vel ſatisfacere damnis rei, vel famæ, &c. nullo modo eſſet abſoluendus.

## Poſt confeſsionem item duo.

Cùm dixerit pœnitens.

Ideo precor beatiſsimā virginem Mariam, &c.

& petierit Abſolutionem, ac pœnitētiam pro qualitate peccatorum, & perſonarum, quæ eiuſmodi eſſe debet, vt pro præteritis peccatis ſatisfaciat, & ad futura cauenda ſit accommodata: Poſtremo abſolutionem ſubiungat, dicens.

Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſsis omnibus peccatis tuis perducat te

te ad vitam æternam. Reſpon. Amen.

Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & miſericors Dominus. Reſpon. Amen.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt ſummus Pōtifex te abſoluat, & ego authoritate ipſius mihi licet indigniſsimo, ab eo cōceſsa, abſoluo te in primis à vinculo excommunicationis, in quantum poſsum & indiges.

Deinde ego te abſoluo ab omnibus peccatis tuis. In nomine Patris, & Fi✠lii, & Spiritus ſancti. Amen.

Paſsio Domini noſtri Ieſu Chriſti: merita Beatæ Mariæ virginis, & omnium Sanctorum: quicquid boni feceris, & mali ſuſtinueris, ſit tibi in remiſsionem peccatorum: in augmentum gratiæ: & in præmiū vitæ æternæ. Amen.

Abſolutio ſolennis ab Excommunicatione.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, Et ego authoritate Domini noſtri Papæ, vel Reuerendiſsimi Domini Archiepiſcopi Treuirenſis, &c. abſoluo te à vinculo excommunicationis maioris, quam incidiſti propter (hanc vel iſtam cauſam. Et nominatim exprimat caſum, propter quem in excommunicationem incidit) & reſtituo te Sacramentis Eccleſiæ, & communioni fidelium. In nomine Patris, & Fi ✠ lii, & Spiritus S.

Abſolutio à minore excommunicatione.

Ego te abſoluo ab excommunicatione minore, in nomine Patris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ſancti.

# INSTRVCTIO DE SACRAMENTO EVCHARISTIÆ.

Maieſtas, & dignitas huius Sacramenti, quod inter omnia maximum eſt, declaratur varijs nominibus. Dicitur enim Euchariſtia, quia dum hoc Sacramentum celebratur, gratiæ pro maximo hoc dono, & pro cæteris beneficijs redemptionis noſtræ, Deo aguntur: vel quia Chriſtum Dominum fontem omnis gratiæ continet. Dicitur Sacrificium & hoſtia, quia Chriſtus hoſtia vera ſalutis noſtræ in eo offertur Patri cæleſti. Dicitur Communio, & græcè Συναξις, quia hoc Sacramentum nos Chriſto copulat, noſque inter nos & cum Sanctis in eodem Chriſto, tanquam capite membra vnius corporis coniungit. Viaticum dicitur, quo in huius vitæ peregrinatione ſuſtentamur, & hinc migrantes confortamur, & recreamur. Vocatur etiã Cœna, quia in nouiſsima illa cœna à Chriſto fuit inſtitutum. Appellatur etiam per Antonomaſiam Sacramentum.

## Materia.

Materia huius ſacramenti duplex eſt: vna panis triticeus, integer, & incorruptus, & azymus, id eſt, non fermentatus.
Altera materia eſt vinum ex vitis fructu expreſſum, non corruptum, cui modicum aquæ propter multas cauſas admiſcetur.

## Forma.

Forma conſecrationis panis: Hoc eſt enim corpus meum: ſanguinis verò, Hic eſt enim calix ſanguinis mei, noui & æterni teſtamenti, myſterium fidei qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum.

## Effectus.

Adeptio gloriæ. Qui enim manducat hunc panem viuet in æternũ. I
Collatio gratiæ, quia effectus quos paſsio Chriſti fecit in mundo, hoc Sacramentum, in quo Chriſtus continetur, efficit in homine. II
Remiſsio peccatorum. III
Preſeruatio à peccatis futuris. IIII
Remiſsio pœnę debitę pro peccatis. V

# De Sacramento

VI Et in vniuerſum quicquid panis & vinum efficiunt in corpore, id ſpiritualiter hoc cibo & potu cæleſti efficitur in anima dignè & piè ſumentis.

## Miniſter huius Sacramenti.

I Miniſter conſecrandi & offerendi poteſtatem habens, eſt quilibet Sacerdos in Eccleſia Catholica conſecratus, & ordinatus. Vnde Laici leuéſque hæreticorum ſacerdotes laicum tantum & piſtorium materialem panem habent & diſpenſant.

II Miniſter vel diſpenſandi Euchariſtiam poteſtatē habens, eſt paſtor proprius ſacerdos, vel de eius licentia, aut ex priuilegio, alius ſacerdos Catholicus, non excommunicatus, non Simoniacus.

III Diaconus non poteſt communionem dare niſi in articulo neceſsitatis, & de licentia Epiſcopi, vel Paſtoris, illis autem abſentibus, etiam ſine licentia, ſi ſit extrema neceſsitas. Communicans alienum Parochianum ſine licentia aut priuilegio, niſi hoc faciat ſub ſpe ratihabitionis, peccat.

Adminiſtrans hoc Sacramentum cum conſcientia peccati mortalis, ſine contritione & confeſsione, vel ſaltem cum propoſito confitendi, peccat mortaliter.

## De Suſcipientibus.

I In Suſcipientibus requiritur vt probent ſeipſos, hoc eſt, vt poſt diligentem examinationem vitæ præteritæ, poſt contritionem, & deteſtationem peccati, vitæque melioris propoſitum, etiam confeſsionē
Seſs.13. Sacramentalem adhibeant, vt iubet Concil. Trident. Quòd ſi vrgente
cap.7. neceſsitate, & nullo præſente, cui confiteri poſsit, ſacerdos celebrauerit, cùm primùm poterit, confiteatur.

II Requiritur vt communicaturus diiudicet corpus Domini, id eſt, vt
1.Cor.11. diſcernat hunc cæleſtem cibum ab alijs prophanis cibis, credens certò præſens eſſe verum corpus & ſanguinem Domini.

III Vt probet examinetq́; ſe, an habeat pacem cum proximis. Matth.5.

IIII Vt cogitet ſuam indignitatem, & dicat cum Centurione, Domine nō
Matt.8. ſum dignus vt intres ſub tectum meum, &c. præter enim fidem charitatemq́; reuereri oportet hoc ſalutis noſtræ vnicū pignus, & orationibus ante & poſt communionē mentem ad diuinam bonitatē eleuare.

V Requiritur etiam corporis præparatio vt ſit ieiunus, lotus, honeſtè veſtitus.

1.Reg.21 Hortādi etiā ſunt coniuges, vt Dauidis exemplo veluti fratres & ſorores caſte ad tēp' viuāt ante ſuſceptionē Euchariſtię ſicut pœnitētiæ tem-

tempore, de quo ait Propheta, Egrediatur ſponſus de cubili ſuo. Ioel. 2.
Nam ſi id Paulus ſuadet fieri orationis cauſa, & Moſes cũ lex eſſet 1.Cor.7.
danda mandat: Eſtote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus veſtris. Exodi 19. quanto magis ſuccincti eſſe debent lumbi eorũ, qui paſchalẽ eccleſiæ agnum Chriſtum Ieſum ſunt ſumpturi?

# Qui repellendi.

I
QVi non poſſunt præ ſe ferre aut habere aliquã deuotionem erga hoc Sacramẽtum, cuiuſmodi ſunt pueri, ante vſum rationis, perpetuo amentes, Danda eſt communio in mortis articulo, niſi timeatur periculum vomitus aut exſputionis, omnibus, qui in ſanitate aut cum mentis eſſent compotes pœnitentiæ ſigna dedêre.

II
Extra mortis periculum peccatoribus manifeſtis etiamſi petãt publicè, non eſt danda communio, quales ſunt lenones, meretrices, publici vſurarij, poſt pœnitentiam autem priuatam poſſent admitti ad Euchariſtiam ſecretò non autem publicè, niſi poſt publicam pęnitentiam, propter ſcandalum. Nam manifeſta delicta non ſunt occultè corrigenda. Vnde ſacerdos debet iniungere publicam pœnitentiã, vel publicare quòd ſint vere pœnitentes.

Si vero ſunt occulti peccatores, non poteſt publicè petentibus negari, ne prodatur crimen occultum fratris, nec enim Eccleſia de occultis iudicat.

Communicans ſcienter cum cõſcientia peccati mortalis, peccat mortaliter tanquam Sacrilegus & violator ſacramenti.

# Modus communicandi.

Solus Secerdos celebrans communicare debet ſub vtraque ſpecie, idque ſub præcepto.

Non celebranti, nec diſpenſare, nec accipere licet ſub vtraque ſpecie, nec Sacerdoti nec Laico, ſine peccato mortali.

Populus aſsiduis hortationibus ſecundum Eccleſię conſilium à paſtoribus monendus eſt, vt hoc Sacramento frequentiſsime vtatur.

Si quotidianus eſt panis (inquit Beatus Auguſtinus de verbis Domini) cur poſt annum illum ſumis? accipe quotidie, quod quotidie tibi prodeſt.

De

## De vigili ſanctiſsimæ Euchariſtiæ conſeruatione.

Studeant Parochi conſecratas ſacroſanctæ Euchariſtiæ particulas pro infirmis ſemper in prõptu habere, quas in eminẽtiore & bene munito loco cum perpetuo lumine aſseruari procurent. Nõ autẽ eaſdẽ diutius ſeruent, ne ex diuturnitate putrefiant, ſed poſt menſem vnũ aut ( ut lõgiſsimum ) alterũ, veteres particulas in celebratione Miſſæ reuerenter ſumant, & recens conſecratas, alias reponant. Et ſi per incuriã cõſecratæ hoſtię putrefierẽt, aut ſi, per vomitũ, ſumptæ eijcerentur, quatenus ſine periculo iterati vomitus fieri poteſt, nihilominus reuerenter ſumantur, ſi vero præ horrore ſumi nequeant, cum alijs reliquijs honorifice recondantur.

## ORDO COMMVNICANDI POPVLVM SANVM, TAM IN PASCHATE quàm alijs diebus.

I Sacerdos reconciliatis pœnitentibus in Miſſa tot hoſtias aut plures ( ſeruari enim poſſunt, quæ ſuperſunt ) conſecret, quot putet ſibi neceſſarias.

II In Miſſa, vel poſt Miſſam, retentis tamen paramentis & veſtibus ſacris, vel ſi non celebrauit, indutus ſuperpelliceo, ac ſtola, accenſis cereis, venerabili Sacramento in altari relicto, conuertat ſe ad populũ communicandum, illúmque exhortetur, modo ſubſequenti.

IHr allerliebſten in Chriſto / welche durch gnad deß almechtigen vber euwere ſünde / ware rew vnnd leydt traget / vnnd dieſelbige auch in der heiligen Beicht mit hertzlichem ſchmertzen bekent / vnd daruff die Abſolutiõ erlangt / vnd mit Gott weder verſönt / vnd euch auch

1 Cor. 11 nach der lehr deß heilgen Apoſtels Pauli fleiſsiglich erſucht /

erſucht/ vnd mit gottſeliger vbung bereytet habt/ vnd ietzundt vor dem Altar deß Herren demütiglich erſcheinet/ vnd die himliſche ſpeis ſeines allerheiligeſten leichnams/ den er vor vns vnd vnſere ſünde in den todt geben hat/ nicht vnwirdiglich zum gericht/ ſonder andächtigklich zů euwer ſelen ſeligkeit zů genieſſen. Auff daß ihr dan ſolchē ſchatz nit zů der verdamnus/ ſonder zů dem leben empfahet/ ſo iſt euch vor allen dingen von nötē/ daß ihr veſt vngezweiffelt glaubet/ das vnder der ſichtbarlicher geſtalt/ des heiligen Sacraments/ die ich euch ietzuudt geben vnnd reichen werde/ vnſer Herr vnd heilandt Chriſtus Jeſus/ vnd ſein allerheiligſte fleiſch vnd theubar blůt warhafftiglich vnd vollkommen enthalten ſey/ vnnd dz er vns ſolchen hohē ſchatz zůr geiſtlicher ſpeis/ darumb verlaſſen hab/ daß wir dar bey ſeiner alweg biß er widerkom̃en wirde gedencken/ ſeinen bittern todt großmachen/ vnd mit hertzfreuden preiſen/ vnnd herrlich verkundigen ſollen/ Nemlich/ daß er vor vnſere Sünden geſtorben ſey vnd vmb vnſere rechtfertigung widerumb aufferſtanden/ vnnd alſo vns von ſünden/ todt vnd hell gnedigklich erlöſet hab/ vnd ihm darumb ewiges lob vnd danckſagen. Vnd ſolt darneben wiſſen/ daß ihr die mit einem bůßfertigen hertzen/ vnd warer rew vber alle euwere ſünden/ vnnd mit veſtem vffſatz forthin die ſünden zů meiden/ herzů gehen vnd kommen/ durch dieſe nieſſung dieſes hochwirdigen vnd heiligen Sacraments dieſe hohe gnadenreiche gaben/ vnnd fruchten erlangen vnd bekommen ſollent.

Erſtlich/das ihr dardurch dem Herrn Chriſto inge-
leibt werdet/vff daß ihr vorthin in ihme pleibē vnd
leben/vnnd er in euch/ Alſo / daß ihr vorthin ſein
Leib vnnd glider / vnnd er euwer haupt ſeye/ vnnd
hernach nit euch ſelbſt leben / ſonder dem / der vor
euch geſtorben vnd aufferſtanden iſt / vnd ſich ſelbs
euch zů einer ſpeiſen in dieſem hochheiligen Sacra
ment/auß vnaußſprechlicher liebe gegeben hat/dar-
auß zůbekommen die ware geiſtliche krafft/ allen
böſen anfechtungen widerzůſtehen / vnnd in allem
guten zu zunemmen/ Darauß ihr mit feuriger lieb
ſolt angezündt werden gegen Gott den himmeli-
ſchen Vatter/der ſeines eingebornen Sons nit ver-
ſchonet/ ſonder ihn vor vns alle dargeben hat.
Vnd deßgleichen gegen Gott dem eingebornen Son
vnſern Heylandt/das er vmb vnſere erlöſung willen
den aller ſchmelichſten todt gelitten hat. Zum an/
dern: ſolt ihr auch durch dieſe communion vnnd ge-
meinſchafft/allen lieben Gottesheiligen vnd gottſe/
ligen menſchen/welche der geiſtlicher lichnam Chri
1 Cor. 10 ſti ſeindt/zugeſellet werdē/wie der Apoſtel ſagt/das
mir alle ein brot vnd ein leib/die mir all eines brots
theilhafftig ſein. Darauß mir abermal einen groſ-
ſen troſt erlangen/in dem wir erkennen/ ſo lang wir
in ſolcher gemeinſchafft / deß haupts vnnd aller
gottſeliger glider pleiben/daß vns nichts widerwer-
tigs ſchädlich ſein kan. Darauß ihr dan auch ange-
zündt ſollet werden/zů der lieb euwers nechſten/das
ihr ihn auch liebet/wie vns Chriſtus geliebet hat.
Vff daß ihr nun ſolcher gnadenreichen gaben theil-
haff-

hafftig durch die heilige communion möget werdē/ ſo ſprecht alle mit andacht Vatter vnſer.

So kommet nun herzů zu empfahen mit forcht vnd glauben die gab vnſerer erlöſung/ vnnd das pfandt deß ewigen lebens/ das vnbefleckt Lamb Gottes/ Chriſtum Jeſum vnſern Herrn.

Abſoluta exhortatione iubēte ſic paſtore, genu flexo, ſignabit ſe ſigno crucis, & præeūte verbis Sacerdote dicat generalem confeſsionē. Moneat ergo Sacerdos Saget mir nach.

Ich armer Sünder widerſage dem böſen feindt/ allem ſeinem eingeben/ raht vnnd that. Ich glaub in Gott den Vatter/ in gott den Sun/ vnnd in gott den heiligen Geiſt. Ich glaub gäntzlich/ was die gemeine Chriſtliche kirch beuilcht zů gleuben. Mit diſē heiligē glauben kum ich zu beichten/ vn̄ bekeñe gott dem almechtigen/ Maria ſeiner hochwurdigen Mutter/ allē lieben Heiligen/ vnd gib mich ſchuldig/ daß ich von meinen kindtlichen tagen an/ biß auff dieſe ſtunde/ offt vn̄ viel geſündigt hab/ mit gedanckē/ worten/ werckē/ vnd vnderlaſſung vieler guter werck/ wie dann ſolches alles geſchehen iſt/ heimlich od' öffentlich/ wiſſentlich/ oder vnwiſſentlich/ wider die zehen gebott/ in den ſieben todtſünden/ an den fünff ſinne meines leibs/ wid' gott/ wid' meinen negſtē/ vn̄ wider dz heil meiner armen Seel. Solche/ vnd alle meine ſünde ſeindt mir leidt von hertzen. Bit derhalben demütiglich/ dich ewiger barmhertziger gott/ du wolleſt mir deine göttiche gnad verleihen hie zeitlich/ vnnd nach dieſem leben die ewige freüd vnd ſeligkeit. Amen.

Paſtor ſubiungat.

Miſereatur veſtri omnipotens Deus, & dimiſsis omnibus peccatis veſtris perducat vos cum omnibus ſuis Sanctis ad vitam æternam.

Deinde conuerſus ad altare inclinet ſe profundè ante venerabile Sacramentum, cuius particulam in patena aut calice manu vna oſtendat omnibus dicens vernacula lingua.

Schlaget vor euwere bruſt/ vnnd ſaget mir nach: O Herr ich bin nicht wirdich / daß du eingeheſt vnder mein dach/ ſonder ſprich mit einem wort / ſo wirdt meine ſeel geſundt.

Hoc ter repetendum. Deinde, faciendo ſignum crucis cum hoſtia ad ſingulos, Sacramentum diſtribuat dicens.

Corpus & Sanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti, cuſtodiat te in vitam æternam, Amen.

Dum autem Sacramentum reponit, & cuſtos, aut alius honeſtus vir ſiue miniſter ablutionem ex calice aut vaſe aliquo porrigit, Sacerdos recitet has orationes.

Verſ. Oſtende nobis Domine, &c.
Reſpon. Et ſalutare, &c.
Verſ. Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Oremus.

Deus qui nobis ſub Sacramento mirabili paſsionis tuæ memoriam reliquiſti: tribue quæſumus, ita nos corporis & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari, vt redemptionis tuæ fructū in nobis iugiter ſentiamus. Qui viuis & regnas, &c.

Poſtremo Sacerdos ſe vertens communicatis benedicat, dicendo.

Benedictio Dei omnipotētis Pa ✠ tris & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ ſancti, deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. Amen.

## Nota hic.

Cum minori periculo diſpenſatur hoc venerabile Sacramentum, I
& cum maiori veneratione ſuſcipitur quando commuuicantes, genua flectunt. Quare vbi commode fieri poterit; introducatur hæc conſuetudo. Cùm autem omnes communicauerint, qui in primo fuerunt ordine, ſurgant, vt alij veniant & ſimiliter communicent.

Monendus eſt populus, ne ſtatim accepta Euchariſtia, ex II
templo recedat, ſed quemadmodum ante venerabilis Sacramenti perceptionem orando ſe præparauit, ita poſt acceptum tantum donum & panem viuum genu flexo gratias agat Deo Patri.

# MODVS COMMVNICANDI INFIRMVM

Notanda ſunt hic quatuor.

I QVod in templo campanam faciat pulſari, dando ictus aliquot ex vna ſola parte campanæ, tum vt conuocentur vicini ad deducendum reuerenter venerabile Sacramentum, tum etiam vt pro ægro domi deſidentes Deum orent.

II Sacerdos ſtolam & ſuperpelliceum indutus, præeunte miniſtro cum lumine ac tintinnabulo, reuerẽter in proceſsionem fidelibus inſequẽtibus deferat ad ægrum Sacroſanctum Domini noſtri corpus, atque toto itinere laudes, Pſalmos, orationes, hymnóſque recitet, vt Pange lingua, &c. vel lauda Syon ſaluatorem, &c.

Pyxidem autem, in qua venerabile Sacramentum ante faciem ſuam eleuatam, deferet, conuenit cooperire panno holoſerico, qui etiam vt tegat alterũm brachium Sacerdotis optandum eſt.

III Aqua etiam benedicta (qua domum ægrúmque aſpergere conuenit) poſt ſacerdotem deferatur. Vehementer autem commendandi ſunt parochiani qui ſanctiſsimum Chriſti corpus, non ſolum accenſis tædis atque candelis venerantur, verum etiam ſub vmbella ſiue cælo, vt vocant, quod à quatuor portatur, magna veneratione Chriſti Saluatoris noſtri corpus ad domum ægri deferri, & ad templum referri curant.

IIII Domus ægri ſcopis bene mundata ornanda erit odorifera aliqua re, ſacris imaginibus, accenſiſque candelis: præcipue vero inhabitantium puritate & humilitate fideli, qua ſecum cogitent.

## Domine nõ ſumus digni, vt intres ſub tectum noſtrum, &c.

Sit etiam menſa in ea, quò ad pedes bene firmata, quo ad ornatum, mappa candida, candelis accenſis, cruce Chriſti pulchra, ſuper quam ſacerdos reuerenter Chriſti corporis tabernaculũ reponat. Vinum etiã procurent domeſtici atque aquam cum pelui, mantili & cyatho aliquo.

Ingreſſurus ægri domum dicat.

Ver. Pax huic domui.

Reſp. Et omnibus habitantibus in ea.

Oremus.

Viſita quæſumus Domine habitationem iſtam, & omnes inſidias inimici ab ea longe repelle, adſint angeli tui ſancti, qui me miniſtrum tuum adiuuẽt, & infirmum famulum tuum, vel (infirmam famulam tuam) in vera fide cuſtodiant. Qui viuis & regnas Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Tabernaculo venerabilis Sacramenti depoſito aſpergendo illum dicat.

Aſperges me Domine, &c.

Verſ. Miſerere mei Deus, &c.

Gloria Patri & Filio, &c.

Aſperges reiteratur.

Verſ. Saluum fac ſeruum tuum.

Reſ. Deus meus ſperantem in te.

Ver. Mitte Domine auxiliũ de ſãcto.

Reſ. Et de Sion tuêre eum.

Ver. Nihil proficiat inimicus in eo.
Repſ. Et filius iniquitatis non opponat nocere ei.
Ver. Eſto nobis Domine turris fortitudinis.
Reſ. A facie inimici.
Ver. Domine exaudi orationẽ meam.
Reſ. Et clamor meus ad te veniat.
Ver. Dominus vobiſcum.
Reſ. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Deus infirmitatis humanæ ſingulare præſidium, auxilii tui ſuper infirmum noſtrum (infirmam noſtram) oſtende virtutẽ, vt ope miſericordiæ tuæ adiutus (adiuta) Eccleſiæ tuæ ſanctæ incolumis repreſentari mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrũ. Amen.

Nota.

Sacerdos hic ægrum, ſi nondum confeſſus, hortetur ad confitendum peccata ſua;

Exhor-

## Exhortatio ad ægrotum, cui Sanctum Sacramentum Euchariſtiæ adminiſtrandum.

ALlerliebſter in Chriſto/ als der almechtig Gott dich ietzünder mit ſchwerer kranckheit beſucht hat/ ſo ſolt du vor allen dingen deine hoffnung vnd vertrawē vff den almechtigen Gott ſetzen/ der da ſchlecht vnd widerumb heilet/ tödtet vnd gibt widerumb das leben/ vnd ſolt wiſſen/ das dir dieſe kranckheit nit auß vngnaden/ ſonder auß gnaden vnd barmhertzigkeit zůgeſchickt hab/ dich damit vetterlich zu caſtigiren vnd zu reinigen/ vnd ſolſt darumb dieſe gnedige heimſuchung geduleiglich tragen/ vnd darneben gedencken/ was der ſun Gottes/ das rein vnſchuldige Lämblein/ vmb deiner ſünden willen gelitten hab/ vnnd ſolt ſeiner Göttlicher barmhertzigkeit/ die es vmb vns alle/ wir ſeindt kranck/ oder geſundt/ ſo gantz getrewlich/ vnd gnedigklich meinet/ vor alle bewiſene gnad vnd barmhertzigkeit hertzlich dancken/ vnnd dich in dieſelbige innigklich befehlen. Vor allen dingen hertzlich rew vnd leid vor deine begangene ſünden haben/ vnd dieſelbige alle/ der du dich weiſt zuerinnern/ zufür Gott dem almechtigen in deinem hertzen/ vnnd darnach auch mir Prieſter in ſeiner ſtatt mündtlich beichten/ vnd dich vor allen deinen ſünden/ durch die krafft der ſchlüſſeln/ die der Herr Jeſus Chriſtus ſeiner heiliger allgemeiner Kirchen gegeben hat/ ab-

ſoluieren laſſen / mit einem veſten ſteiffen auffſatz / vortmehr dich der nu / vnnd auch hernach / ſo du widerumb leybs geſundtheyt bekūmeſt / zuenthaltn / vnnd dich nit mehr zů ſündigen / ſonder wo dir Gott zů leibs geſundtheit widerumb helffen würde / vor deine begangene ſünden Chriſtliche bůß vnnd beſſerung zů thun. Solleſt auch allen denen die dich in einigerley weiß erzürnet / oder beleidiget hetten / auß grund deines hertzen gern vergeben / vnnd daß dir gleichermaſſen auch die ienigen die du vielleicht erzürnet haſt / vergeben wollen / fleißlich vnnd hertzlich begeren. Vnnd wo du nach deinem Teſtament vnnd letzten willen / wie du es gern geben vnd nemmen wolleſt / ſo Gott vber dich gebieten würde / (welches er doch zů deiner ſeelen ſeligkeyt lang gefriſten wölle) nit verordnet hetteſt / ſolt du ſolches verordnen / vnd darinn ſonderlich der armen Gottes gedencken / vnnd dich darnach allein mit Gott dem Almechtigen / vnnd mit dem bittern Leyden vnſeres lieben Herren Jeſu Chriſti bekümmeren / dardurch er ſeine glaubigen vonn allen ihren Sunden / dem Teuffel vnnd der Hell erlöſet hat.

Vnd ſolt veſt glauben / nicht daß du durch deine eigene verdienſt / welche darzů viel zů klein vnnd gering ſeindt / durch das Creutz vnnd theur bar blůt vnſers lieben Herren Jeſu Chriſti / ſelig werden ſolleſt. Solt auch entlich bey dem waren glaubē vnſer mutter der heiligen Chriſtlicher vnd algemeiner kirchē feſt vnd verharlich pleiben / vnd dich deß erfreuwen / daß du mögeſt (wo doch Gott vber dich gebitten wür

de)

de) vor einen frommen Chriſten menſchen hie von hinnen ſcheiden/vnd in dem Herren (nach dē Leib) entſchlaffen/biß zů frölicher aufferſtehung deßſelbigen/ am jüngſten tag/ die der barmhertzig Gott vns allen gnediglich verleihen wölle/ durch Jeſum Chriſtum ſeinē einigē geboren Son/vnſern Herrn.

Abſoluta exhortatione iubeat alios ſecedere, & confeſſum ab omnibus peccatis etiam ſummo Pontifici reſeruatis, & ab omni ſententia Excommunicationis quomodolibet in ipſum lata à iure aut homine, abſoluat cautione data, de ſatisfactione, iuratoria vt minimum.

Modo infraſcripto abſoluatur.

Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſsis omnibus peccatis tuis, perducat te Ieſus Chriſtus filius Dei viui ad vitam æternam. Amen.

Et ego auctoritate omnipotentis Dei, & beatorum Apoſtolorū Petri & Pauli & domini noſtri Papæ N. qua fungor in hac parte, abſoluo te ab omni ſentētia excōmunicationis lata ab homine vel à iure, et reſtituo te eccleſiaſticis ſacramē tis. Etiam abſoluo te ab omnibus peccatis tuis. In nomine Patris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ſancti, Amen.

Si ante confeſſus fuerit, generalē cōfeſsionē dicat, verbisq́; eum præcedat Sacerdos. Ich armer ſünder widerſage dem böſen feindt. &, c. vt ſupra fol. cix. ıı

Abſolu-

Abſolutio.

Miſereatur tui omnipotens Deus, &c. vt ſupra. fo. c.

Indulgētiā, abſolutionē, &c. vt ſu. fo. ci.

Poſtea lotis digitis extremis eleuet Euchariſtiam ex Pixide & ægro oſtendat, dicens.

Credis quod hic ſit Chriſtus ſaluator mundi. Glaubſtu dz hie Chriſtus ſey der ſeligmacher der welt.

Quo dicente.

Credo. Jch glaub.

Deinde dicat. O Herr ich bin nicht wirdich/ &c. vt ſupra.

Quo ter dicto dicat Sacerdos.

Accipe frater * vel (ſoror) viaticum corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui cuſtodiat te ab hoſte maligno, & perducat in vitam æternam.

Deinde lotis digitis in vino & aqua tradat ægro ablutionem nihil dicens. Peracta communione Sacerdos dicat.

Ver. Domine exaudi orationē meam.
Reſ. Et clamor meus ad te veniat.
Verſ. Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Oremus.

Deus ſancte Pater omnipotẽs, æterne Deus, te fideliter deprecamur, vt accipiẽti fratri noſtro * vel ( ſorori noſtræ Sacroſanctum corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti filii tui, tàm corpori quàm animæ proſit, ad remedium ſempiternum. Amen.

Et hoc dicto iterum aſpergat aquam benedictam, & dicat.

Verſ. Dominus vobiſcum.

Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Exaudi nos Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cælis, qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo.
Per Chriſtũ Dominum noſtrum, Amen.

# INSTRVCTIO DE SACRAMENTO EXTREMÆ VNctionis.

IAcob.5. Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei.

Concil. Tridēt. Seſs.14. His verbis Apoſtoli, (quibus Sacramentum extremæ vnctionis inſtitutum à Chriſto, inſinuatum apud Marcum fidelibus commendatum ac promulgatum docetur) materia, forma, proprius miniſter, & effectus huius ſalutaris Sacramenti inſinuantur.

## Materia.

I Materia igitur eſt oleum oliuarum, ab Epiſcopo ſanctificatum, & benedictum. Significat & repreſentat aptiſsimè hoc oleum Spiritus ſancti gratiam, qua inuiſibiliter anima ægrotantis inungitur.

II Vocatur oleum infirmorum, non chriſma, aut oleum Catechumenorum, quare diligenter animaduertat Sacerdos, ne vnum pro alio miniſtret.

III Paſtor ſingulis annis debet ſacrum oleum mutare, & vetus comburere, alioqui grauiter peccat. Si ſacrum Chriſma aut oleum Catechumenorum vel infirmorum ex vſu deficeret, infundatur oleum Oliuarum non benedictum, & totum efficitur benedictum. De conconſecrat. Eccl. cap. quod in dubijs.

## Forma.

Concil. Florēt. & Trident. Forma huius Sacramenti conſiſtit in verbis, quæ profert Sacerdos, quando inungit infirmum: (per iſtam vnctionem, & ſuam pijſsimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid deliquiſti per viſum, &c.) Similiter in alijs membris, vt in Agenda habetur.

## Effectus.

I Principalis effectus eſt gratia Spiritus ſancti, quæ ſanat animam à debilitate, & languore ſpirituali, atque ab omnibus reliquijs peccatorum, à pronitate ad malum, à difficultate ad bonum, à puſillanimitate, & terrore mortis, vt hinc migraturus, alleuietur contra pondus morbi, & corpus, & animam, mortis metu grauantis.

Quia

Quia hilaritas quædam,& lætitia ſpiritualis, ægrotantis animo infunditur. II

Quia robur contra tentationes dæmonis,tunc maxime inſtantis additur. III

Quia conatus & poteſtas dæmonis,cöercetur. Quia peccata venialia,& aliquando etiam mortalia,quæ per obliuionem ignorata erāt, remittuntur. Quia pœnæ peccatis ægrotantis debitæ, vel penitus tolluntur,uel magna ex parte minuuntur. IIII

Quia huius Sacramenti ſuſceptione,proteſtatur infirmus,quod permanſerit in fide eccleſiæ Catholicæ,ex qua tanquam miles curſu certaminis fœliciter conſummato,properat ad brauium, & coronā iuſtitiæ. In ſumma,ita infirmus præparatur, ut omni impedimento ſublato, nihil relinquatur in exitu,quod animam à gloria æterna,& ab amplexu ſponſi remoretur. V

Secundarius effectus eſt, ſanitas etiam corporis, ſi ita animæ ſaluti expediat. Quare,quia non ſemper expedit, non ſemper hic effectus ſequitur cum tamen primarius ille,nempe animæ perfecta ſalus,ſemper & certo ſequatur,ſi nullum fuerit in infirmo impedimentum. VI

His rebus explicandis,paſtores & infirmos confirmare ac conſolari,& præſentes ſanos,ad conſiderationem fragilitatis humanæ, & emendationem vitæ,ad orationem pro ſalute infirmi, diligenter adhortari debebunt.

## Miniſter.

Miniſter extremæ vnctionis eſt Paſtor proprius (non enim poteſt laicus inungere etiam in articulo neceſsitatis) licet in neceſsitate alius ſacerdos,qui paſtor non eſt,poſsit ſine peccato ſuo, ſi putet cum voluntate proprij paſtoris futurum. I

Nullus nominatim excommunicatus, uel ſuſpenſus ab officio, adminiſtrare debet extremam vnctionem, etiamſi ſit proprius paſtor,poteſt tamen alteri,non excommunicato, dare licētiam adminiſtrādi. II

Religioſus non poteſt eſſe miniſter huius ſacramenti, niſi habita licentia proprij paſtoris, quia incurreret excommunicationem. de Priuil.cap. Religioſi in Clement. niſi forte faceret ex ignorantia,vel ſub ſpe ratihabitionis. AEger tamen ignorans præuaricationem alieni,& religioſi ſacerdotis fructu Sacramenti non priuaretur. III

# De Sacramento

## Quibus adminiſtrari debeat hoc Sacramentum.

I Infirmis tantum, qui extremè, hoc eſt periculoſe laborant, adminiſtratur, non datur ſanis, etſi in periculo mortis conſtitutis, cuiuſmodi ſunt damnati ſententia ad ſupplicium mortis: non nauigationis, prælij, aut aliud uitæ periculum adituris.

II Datur adultis, non pueris, qui nondum per viſum, auditum, tactũ, &c. deliquerunt. Et ob eandem cauſam non datur perpetuò furioſis, phreneticis, amentibus, &c.

III Habẽtibus lucida interualla dari debet, etiamſi eos tunc ligari oportet, niſi ante phreneſim, furiam, amentiam, fuiſſent excommunicati, vel manifeſtè notoriæ malæ vitæ, nec oſtendiſſent ſigna pœnitentiæ.

IIII Non eſt expectandum ad inungendum infirmum, vſque ad vltimũ, quando nullum ſenſum, & deuotionem habere poteſt. Si tamen infirmus petierit hoc ſacramentum, & antequam Sacerdos veniat loquendi & intelligendi vim amiſerit, nihilominus inungatur, quia in tali caſu etiam deberet baptizari, & à peccatis abſolui, ſi baptizatus, & abſolutus non fuiſſet.

V Inungi debẽt præcipuè loca quinq; ſenſuũ, in hiſce enim partibus vigent peccatorũ radices, quibus proinde medicinam adhiberi oportet.

VI In ijs autem qui nonnullis ex prædictis membris carerent, proxima loca corporis inunguntur, & ſimul dum fit inunctio, proferẽda ſunt verba: Per iſtam vnctionem, &c. non autem ex interuallo.

VII Presbyteri manus vngendæ ſunt exterius, non interius, quia ibi prius ab Epiſcopo inunctæ ſunt, in ordinatione Sacerdotij.

## Vtrum poſsit iterari.

I Poteſt iterari, & quidem in eadẽ infirmitate, quandocunq; quis eſt in articulo mortis, modò ſit caſus diuerſus, vt qui in hydropiſi, aut longa febri, poſtquam euaſit periculum, rurſum poſt aliquantulum temporis, de vita periclitatur.

## An ſit hoc Sacramentum neceſsitatis.

I Non eſt neceſſarium ad ſalutem: omittere tamen ex contemptu, & nolle ſuſcipere, quaſi ſacramentum non eſſet, nec ad ſalutem vtilẽ,

tile, damnabile eſſet, & hæreticum. Qui vero ex negligentia omittit, etſi id facit citra detrimentum ſalutis, tamen & multis bonis, atque magnis præſidijs, ſe priuat, vt palàm eſt ex ſupradictis effectibus.
Paſtores qui ſunt negligentes, in huius ſacramenti adminiſtratione, non euadunt mortale peccatum. II

# Quomodo differat extrema Vnctio à Confirmatione.

In ſex. primo in Effectu, ſiue efficacia, quia Cōfirmatio præparat ad melius pugnandum: Extrema vnctio ad expeditius emigrandum. Secundo in Tempore, quia Confirmatio datur in ſanitate: Extrema vnctio in infirmitate. Tertio in Loco, Nam illa in fronte, hæc in alijs corporis partibus, vt ſupra. Quarto, In Adminiſtrāte, quia Confirmatio datur à ſolis Epiſcopis: Extrema vnctio etiā ab inferioribus Sacerdotibus. Quinto, in Materia, quia confirmationis materia eſt Chriſma, hoc eſt oleum, cum balſamo commixtum: Extremæ vnctionis, oleū ſolum. Sexto, in Forma, quæ vtrobiq; diuerſa eſt, vt patet.
Tempore interdicti Eccleſiaſtici hoc ſacramentum cōferri non debet. In collatione huius Sacramenti Sacerdos pecuniam non petat: ſponte tamen oblatam recipiat, ſi velit.

# De modo adminiſtrandi Extremam vnctionem.

Ante huius ſacramenti adminiſtrationem tria ſunt neceſſaria.
Primò, in tēplo vnde ſacrum oleum deſumitur, Sacerdos ſuperpelliceum & ſtolam indutus, præeunte cuſtode templi induto ſuperpelliceo, cum lumine atque aqua benedicta, reuerenter in toto itinere recitet pſalmos pœnitentiales, niſi illos malit in templo recitare antequam egrediatur, aut apud infirmum ante lætanias, aut cum ad templum ab inūcto redierit, pro ſua & aliorum commoditate, atque ædificatione. I
Secundò, Sacerdotem, vicini vt ad honorādum & venerandum hoc Sacramentum comitentur, vſque ad domum infirmi, & inde vſque ad templum: vtque omnes intelligant infirmum inungendum, & communi oratione curandum, magna campana ſignum detur. II

III In domo ſit effigies crucifixi Saluatoris noſtri, in menſa pulchro & albo pāno veſtita, in qua præter accenſas candelas cereas etiam munda aqua cum ſale & mica panis lino ſiue ſtuppa ponetur, ad abluendum & defricandum digitos peracta vnctione, quando linum etiam ſtatim comburent.

IIII Priuſquam æger perungatur, lauentur loca, & pedes vbi debet apponi Sacra vnctio.

Cùm peruentum fuerit ad domum infirmi dicat, eam ingrediendo.

Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea.

Item dicat memoriter vel ex libro.

Benedic Domine domum iſtam, Et omnes habitantes in ea, quia tu Domine dixiſti: Pax huic domui. Benedic Domine timentes te, puſillos cum maioribus. Benedicti vos à Domino qui fecit cælum & terram.

Oremus.

Exaudi nos Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cælis, qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet

ac

ac defendat omnes habitantes in hac domo, Per Chriſtum Dominum noſtrũ. Amen.

Poſt hæc aſpergat domum & infirmum aqua benedicta, dicens.

Aſperges me Domine hyſopo, & mũdabor, lauabis me & ſuper niuem dealbabor. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

Et repetitur. Aſperges.

Oremus.

Præſta nobis quæſumus Domine, per huius aquæ adſperſionẽ, ſanitatem mentis, integritatẽ corporis tutelam ſalutis, ſecuritatẽ ſpei, corroborationem fidei, hîc & in æternum. Per Chriſtum dominum noſtrum.

Oremus.

Exaudi nos Domine ſancte Pater, omnipotens æterne Deus, vt ſi quæ ſunt aduerſa, ſi quæ contraria in hac domo, auctoritate tuæ maieſtatis pellantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Oremus.

Deus qui beatum Petrum Apoſtolum tuum miſiſti ad Thabitam famulam tuam, vt precibus eius ſuſcitaretur ad vitam, exaudi nos quæſumus, vt * famulo tuo ( famulæ tuæ ) * quem ( quam ) in nomine tuo noſtra viſitat infirmitas, medicinæ tuæ medela ſubueniat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Paterne ſalutetur æger, & interrogetur num velit hoc ſacramentum in fide Eccleſiæ Catholicæ percipere, quod Deus animabus, corporibusque fidelium ſalubriter inſtituit, & per Apoſtolos & Eccleſiam promulgauit, & ſemper electis adminiſtrauit.

Quo dicente, ( Volo ) Tunc Sacerdos ad Confeſsionem, quo omne grauamen conſcientiæ tollatur, hortetur ægrum: Et ob dignã, magisque fructuoſam ſuſceptionem Sacramenti lubenti animo cõfiteatur, alijs omnibus paululum abſcedentibus.

Peracta Confeſsione dicat.

Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſsis omnibus peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam. Amen.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt ſummus Pontifex, te abſoluat & ego auctoritate ipſius mihi licet indigniſsimo conceſsa, abſoluo te inprimis á vinculo excommunicationis in quantum poſsum & indiges.

Deinde ego te abſoluo ab omnibus peccatis tuis. In nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Paſsio Domini noſtri Ieſu Chriſti, merita Beatæ Mariæ ſemper virginis, & omnium ſanctorum, quidquid boni feceris & mali ſuſtinueris ſit tibi in remiſsionem peccatorum, in augmentum gratiæ & præmium vitæ æternæ. Amen.

# De Sacramento

Quod ſi æger deſierit loqui, aut præ morbi magnitudine nequiuerit, tum Sacerdos generalem confeſsionem dicat, iubeatq; eum, in corde ſaltem eandē ſecū (niſi conſtet quod breui confeſſus fuerit) coram Deo dicere hoc modo.

Sage mir nach.

Im namen deß Vatters ✠ deß Sohns/ ✠ vnd deß heiligen Geiſtes ✠ Amen.

ICh armer Sünder widerſage dem böſen Feindt/ allem ſeinem eingeben/ raht vnnd that/ Ich glaub in Gott den Vatter/ in Gott den Sohn/ vnd in Gott den heiligen Geiſt. Ich glaub gentzlich/ was die gemeine Chriſtliche kirch befilcht zů glaubē. Mit diſē heiligen glaubē kōme ich zů beichten/ vnd bekenn gott dem Almechtigen/ Maria ſeiner hochwürdigen Můtter/ allen lieben heiligen/ vnnd gib mich ſchuldig/ daß ich von meinen kindtlichen tagen an/ bis vff dieſe ſtund offt vnd viel geſündiget hab/ mit gedancken/ worten/ wercken/ vnd vnderlaſſung vieler gůter werck/ wie dann ſolchs alles geſchehen iſt/ heimlich oder öffentlich wiſſentlich/ oder vnwiſſentlich/ wider die zehen gebott Gottes/ in den ſieben todt ſündē/ an den fünff ſinnen meines leibs/ wider Gott/ wider meinē nechſten/ vnd wider das heil meiner armen ſeel. Solche vnd alle meine ſünde/ ſeindt mir leidt von hertzen/ bitt derhalbē demütigklich dich ewiger barmhertziger Gott/ du wölleſt mir deine göttliche gnad verleihē/ hie zeitlich/ vnnd nach dieſem leben die ewige freude vnd ſeligkeit. Amen

Peracta confeſsione dicat.

Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſsis omnibus peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam.

Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem omnium peccatorum tuorum tribuat ✠ tibi omnipotens & miſericors dominus Pater, Filius & Spiritus ſanctus. Amen.

Exhortatio ad infirmum ſub Extremæ vnctionis adminiſtrationem ante letanias poſt generalem Abſolutionem.

AElerliebſter in Chriſto du ſolt wiſſen/ daß vnſer Herr Jeſus Chriſtus/ durch ſeinē h. Apoſtel Sanct Jacob/ ſein heilige Chriſtliche Kirch vonn dem Sacrament der hölung alſo gelehret hat. Jſt iemandt vnter euch kranck/ der berůff zu ihme die kirchen Prieſter/ vnd laß ſie vber ihn bitten/ vnnd ihn ſalben mit öle/ in dem namen deß *Herren*/ vnd das gebett deß glaubēs wirdt dem krancken helffen/ vnd der *Herr* wirdt ihn erleichteren/ vnd ſo er hat ſünde gethan/ werden ſie ihme vergeben. Vnnd es hatt vnſer lieber Herr Jeſus Chriſtus durch ſeinen heilgen Apoſtel Iacob 5.

dis

diß heilige Sacrament ſeinen Glaubigen darumb laſſen verkündigen/ vff daß dieſelbigen/ wan ſie am meiſten geiſtliches troſts von nöten haben/ nemlich wan ſie in gefärliche kranckheit gefallen ſeindt/ damit im wort deß Herren mögen hertzlich getröſt vnd bekrefftiget/ vnd deß beyſtands Göttlicher gnad vnd deß heiligen Geiſts verſichert werden. Dan das H. öl bezeichnet hie nichts anderß dan die barmhertzigkeyt Gottes/ vnd die gnad des heiligen Geiſts/ durch welche Göttlicher gnaden krafft/ als ein wares vnnd recht mittel von Gott in ſeiner heiliger Kirchen vns zů troſt verlaſſen/ du in dieſer deiner trübſal ſolleſt getröſt/ geſterckt/ vnnd erleuchtet werden/ vnd geiſtliche erquickung vnd freud erlangen/ ſonderlich/ da dir hie zůgeſagt wirdt/ daß das gebett deß glaubens/ das ich vnnd die vmbſtender vber dich ſprechen werden/ dich erlichteren ſol/ vnnd daß dir deine ſünde/ die du durch deine fünff ſinne/ vnnd alle deine glidmaſſen begangen haſt/ ſollen vergeben werden durch Gottes gnad.

Vnnd die weil dem alſo iſt/ ſo beger ich vonn dir zů wiſſen/ ob du auch in der gehorſam der heiligen allgemeine Kirchen begereſt diß H. Sacramēt dir zůreichen vnnd mitzutheilen.

Poſt breuem doctrinam de effectibus, quos ſupra habes, huius ſacramenti hortetur ægrum, & circumſtantes ad orationem & interceſſionem Sanctorum, vt multiplicatis interceſſoribus dignè hoc Sacramentum ſalutiferum percipiat, diuinæque voluntati & prouidentiæ ſeſe totum æger tradat, & ipſe genua flectens dicat.

Parce Domine, parce * famulo tuo, (famulæ tuæ) * quẽ (quã) redemiſti Chriſtė ſãguine tuo, nec in æternũ iraſcaris ei.

Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon Chriſte audi nos.
Saluator mundi adiuua nos.

Sancta Maria
Sancte Michäel
Sancte Gabriel
Sancte Raphäel.
} Ora pro * eo (ea)

Omnes ſancti Angeli & Archangeli Dei
Omnes ſancti Throni & Dominationes
Omnes ſancti Principatus & poteſtates
Omnes ſanctæ virtutes cælorum
Omnes Sancti Cherubim & Seraphim
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetę
Omnes ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ
Omnes ſancti Martyres & Confeſſores
Omnes ſancti Monachi & Eremitæ
Omnes ſancti Anachoretę
} Orate pro * eo (ea)

Omnes ſanctę virgines & Viduę
Omnes ſancti infantes
Omnes ſancti innocentes
Omnes ſancti pœnitentes & confitentes
Omnes Sancti
} Orate pro * eo (ea)

Pro-

Propitius eſto Parce ei Domine.
Ab hoſte malo Reſponſio Libera *eum (eam) Domine
A morbo malo Libera* eum (eam) Domine
Ab inſidijs diaboli. Libera* eum (eam) Domine
A tentatione diabolica Libera *eum (eam) Domine
A ſubitanea & improuiſa morte Libera *eum (eam) Domine
Ab omni immũditia cordis & corporis Libera * eum (eam) Domine
A morte perpetua Libera* eum (eam) Domine
Ab ira tua Libera * eum (eam) Domine
Per aduentũ tuum Libera *eum (eam) Domine
Per natiuitatem tuã Libera *eum (eam) Domine
Per crucem & paſsionem tuam Libera* eum (eam) Domine
Per reſurrectionem & aſcenſionem tuã Libera * eum (eam) Domine
Per aduentum Spiritus ſancti Paracleti Libera eum (eam) Domine
In die Iudicij Libera eum (eam) Domine
Peccatores Te rogamus audi nos
Vt pacem & ſanitatem ei dones Te rogamus audi nos
Vt ſpatium & locũ pęnitẽtiæ ei dones Te rogamus audi nos
Vt omnes cogitationes prauas ab *eo (ea) auferre digneris Te rogamus audi nos
Vt illicitas voluptates ab * eo (ea) repellere digneris Te rogamus audi nos
Vt gratiam ſancti Spiritus cordi eius infundere digneris Te rogamus audi nos
Vt pœnitentiam & remiſsionem omnium peccatorum ſuorum ei dones. Te rogamus audi nos.
Vt hunc famulum tuum (hanc famulam tuã) à lecto ægritudinis tua potentia erigat. Te rogamus audi nos
Vt inſidias diaboli deuincat Te rogamus audi nos
Vt nos exaudire digneris. Te rogamus audi nos
Fili Dei Te rogamus audi nos
Agnus Dei qui tollis peccata mundi Parce ei Domine
Agnus Dei qui tollis peccata mundi Miſerere ei Domine
Agnus Dei qui tollis peccata mundi Exaudi nos Domine
Chriſte audi nos Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon
Kyrie eleyſon.
Pater noſter,&c. Et ne nos inducas in tentationem.
R eſpon. Sed libera nos à malo.

*Saluum (ſaluam) fac * ſeruum tuum, (ſeruam tuã) Deus meus ſperantes in te.
Mitte ei Domine auxilium de ſancto.
Et de Syon tuere *eum (eam)
Eſto ei turris fortitudinis.
A facie inimici.
Nihil proficiat inimicus in *eo (ea)
Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Deus qui Ezechiæ famulo tuo ter quinos annos, ad vitam donaſti, ita & hũc *famulum tuum (famulam tuam) à lecto ægritudinis tua potentia erigat ad ſalutẽ. Per Chriſtum dominum noſtrum.

Oratio.

Reſpice Domine *famulum tuum (famulam tuam) in infirmitate corporis

 la-

laborantem & animam refoue, quam creaſti, vt caſtigationibus tuis* emendatus (emendata) continuò ſe ſentiat tua medicina* ſaluatum (ſaluatã. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Deinde Sacerdos ſe erigat, manusque lauet, atque eis abſterſis dicat.

In nomine Patris, & Filii, ✠ & Spiritus ſãcti extinguatur in te omnis virtus diaboli, per impoſitionem manuum noſtrarum, imò per inuocationem omnium Sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſsorum, Virginum, atque omnium ſimul Sanctorum.

Nunc incipiat inunctionem modo ſupraſcripto, & dum crucis ſignum inuncto pollice imprimit, ſimul etiam formam Sacramenti proferat dicens.

Ad oculos dextrum & ſiniſtrum ſcilicet, faciendo ſignum crucis inuncto pollice ſuper tegumentum oculorum.

Per iſtam ſanctam ✠ vnctionem, & ſuam

am piiſsimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquiſti per viſum. Amen.

Ad aures dextram & ſiniſtram faciendo ſignum crucis inuncto pollice.

Per iſtam ſanctam ✠ vnctionem & ſuam piiſsimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquiſti per auditum. Amen.

Tergat ſtatim locum inunctum cum ſtuppa reponens eam in vaſe mundo, & ſic fiat poſt quamlibet vnctionem.

Ad narium extremitatem.

Per iſtam ſanctam ✠ vnctionem, & per ſuam piiſsimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquiſti per odoratum.

Ad labia, quæ debent eſſe compreſſa.

Per iſtam ſanctam ✠ vnctionem & per ſuam piiſsimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquiſti

 per

per guſtum & locutionem. Amen.

Ad manus, dextram & ſiniſtram, quas interius inunget, niſi ſit Sacerdos, huius enim exteriores partes inungendæ, quòd vola ſit inuncta.

Per iſtam ſanctam ✠ vnctionem, & per ſuam piiſsimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus, quicquid deliquiſti per tactum. Amen.

Ad pedes, dextrum & ſiniſtrum, non in planta ſed deſuper inungendo.

Per iſtam ſanctam ✠ vnctionem, & per ſuam piiſsimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid deliquiſti per greſsum. Amen.

Manibus lotis ac defricatis, linoque ſeu ſtuppa in ignem proiecta, dicat.

Oremus.

Vnxi te oleo ſancto in nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ ſancti, vt non lateat in tę immundus Spiritus, & dolor, ſiue inſanabilis languor, neque in mem-

membris tuis, neque in medullis, neque in compagibus membrorum tuorum, ſed virtus Chriſti altiſsimi in te corroboretur. Quoniam ſicut vnxit Samuel Dauid in regem, Prophetam, olei operatione, omnipotentis virtute, ſic ſuo ſancto medicamine te vnxi, quatenus per huius myſterii operationem, & per hanc ſacrati olei vnctionem, atque noſtram deprecationem virtute ſanctæ Trinitatis ✠ medicatus (medicata) atque ✠ refectus (refecta) priſtinam ac melioratam recipere merearis ſanitatem à domino omnipotente. Reſp. Amen.

Oremus.

Per iſtam ſanctam vnctionem, & per Dei virtutem, & per miniſterii noſtri benedictionem ſanctificentur ab omni

ſorde peccati manus & os, cor quoque ac ſenſus, viſus, auditus, guſtus, tactus & odoratus, & totum corpus ac anima tua, vt * idoneus (idonea) efficiaris ad inuocandum atque ſanctificandum Deum, & benedicendum nomen eius.

Reddat tibi Dominus lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirmet te: & Spiritum ſanctum innouet in viſceribus tuis, & ne auferat illum à te.

Sed benedictio Dei Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, deſcendat ſuper te, copioſáque ſuper caput tuum defluat, & in extrema corporis tui deſcendat interius exteriúſque te repleat atque circundet, & ſit ſemper tecum. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Reſponſio. Amen.

Ore

## Oremus.

Domine Deus, qui per Apoſtolum tuum locutus es. Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo ſancto, in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei: cura quæſumus redemptor noſter gratia Spiritus ſancti languores iſtius * infirmi, (infirmæ) & ſua ſana vulnera, eius-

eiúsque dimitte peccata, atque dolores cunctos cordis & corporis, ab * eo (ea) repelle plenámque ei interius & exterius ſanitatẽ miſericorditer redde, vt ope miſericordiæ tuæ * reſtitutus (reſtituta) ad priſtina reparetur officia. Qui cum patre & Spiritu ſancto viuis & regnas in ſecula ſeculorum. Amen.

Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon.
Kyrie eleyſon. Pater noſter.
Et ne nos inducas in tentationem.
Sed libera nos à malo.

Oremus.

Reſpice quæſumus Domine, * famulum tuum (famulam tuam) in infirmitate ſui corporis fatiſcentem, & animam refoue quam creaſti, vt caſtigationibus * emendatus (emendata) ſe ſentiat tua medicina * ſaluatum (ſal-

(ſaluatam) Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſpon. Amen.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus apud te ſit, vt te defẽdat: intra te ſit, vt te reficiat: circa te ſit, vt te cõſeruet: ante te ſit, vt te deducat: poſt te ſit, vt te cuſtodiat: ſuper te ſit, vt te vndique muniat: & benedicat. ✠ Qui in Trinitate perfecta viuit & regnat in ſecula ſeculorum. Reſpon. Amen.

Poſt hæc Sacerdos imaginem crucifixi infirmo oſtendat, & eum ad deuotionem prouocet, inſtruatque eum, vt Chriſti paſsionem in mente ſua iugiter retineat.

N. Aller liebſter in Chriſto ich ermane dich abermals/daß du dein hertz vnnd gemüt nu forthin von allen zeitlichen ſorgen vñ begirden/durch die beyſtehende gnad Gottes wolleſt abwenden/vnnd zů gewiſſer hoffnung der ewiger ſelichkeit auffrichten.

Daß

Daß du fortmeher die ſchreckungen deiner ſünden/ vnd des Feindts von der hellen/ nicht förchteſt/ ſonder auß gantzem hertzen vnnd vertrauwen dich auff die barmhertzigkeit vnſers lieben herren Jeſu Chriſti verlaſſeſt/ der vnſere gebrechlichkeyt wol weiß vnd erkendt/ der auch vnſere ſünde/ für welche er den bitteren todt gelitten/ hingenommen/ vnnd vns ſeinen himmeliſchen Vatter widerumb verſönet/ vnnd den Teuffel vonn der Hellen/ daß derſelbe vber vns Chriſtglaubigen keine macht noch gewalt haben kan/ vberwunden hat. Darumb N. mein aller liebſter Brůder/ (Schweſter)/ ſolt du wol gehertzt/ gemůtet vnd getröſt ſein/ vñ feſtigklich glauben/ daß Gott dich nimmer verlaſſen/ ſonder dir gnedigklich beyſtehen/ dich ſchützenn vnnd beſchirmen will für aller liſt vnnd böſen anfechtungen deß teuffels/ vnd dich forthin behüten biß zu einem ſeligen ende dieſes vergencklichen lebens/ vnnd füren darnach in ſein ewiges leben. Amen.

## Sacerdos ſic concludens, porrigendo crucem Dominicã infirmo, dicat.

Nu deß laß ich dir hie ein zeichen deß heiligẽ Creutzes/ ob ſchon dir deine ſprachempfiel/ vnd deine oren verſtopffet würden/ daß du gleichwol darbey aller obgemelter ding in deinẽ hertzen gedencken mögeſt/ vñ dich an dẽ gecreutzigten Jeſum Chriſtum halteſt/ wid' alle anfechtung bis zůend. Darauff ſo befele ich dich mit ſegen Götlicher gnadẽ in die handt des ewigẽ Vatters/

darin

darinn du dich/ wanne dein letzſte ſtund vorhanden/ befehle vnnd ſprich. O Vatter/ in deine hende beuelhen ich meinen Geiſt/ Derſelbige alsdann neme auff deinen geiſt zum ewigen leben/ vnnd am iüngſten gerichts tage erweck deinen leib auß dem ſtaub der erden/ in der herrlichkeyt zum ſeligen leben/ Amen.

## ORDO VISITANDI INFIRMVM, QVI TEMPOre peſtilentiæ obſeruari poteſt

Pax ✠ huic domui, & omnibus habitantibus in ea.

Antiphon.

Benedic Domine domũ iſtam, & omnes habitantes in ea, quia tu Domine dixiſti. Pax huic domui. Benedic Domine timentes te, puſillos cum maioribus, benedicti vos à Domino, qui fecit cælum & terram.

Col-

Collecta

Exaudi nos Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cælis, qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet, ac defendat omnes habitantes in hac domo. Per Chriſtum Dominũ noſtrum. Amen.

Hic aſpergatur infirmus aqua benedicta

Aſperges me Domine hyſopo, & mundabor, lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Verſ. Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Dominus vobiſcum.

Oremus.

Domine Deus, qui per Apoſtolum tuum locutus es. Infirmatur aliquis in vobis, inducat Presbyteros Eccleſiæ, &

orent

orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei, cunctos quæſumus redemptor noſter gratia Spiritus ſancti languores iſtius * infirmi (infirmæ) cura, & omnia ſana vulnera, eiúsque peccata dimitte, atque dolores cunctos cordis, & corporis ab * eo (ea) expelle, plenámque ei interius exteriúsque ſanitatem miſericorditer redde, vt ope miſericordiæ * reſtitutus (reſtituta) & * ſanatus (ſanata) ad priſtina pietatis tuæ reparetur officia. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Reſpon. Amen.

Tunc lotũ pollicẽ intingat ĩn ſacrũm oleũ, & per modum crucis ſingula membra liniat, & lino abſtergat dicens.

Ad oculos

Per iſtam ✠ vnctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Do-

Dominus quicquid deliquiſti per viſum. Amen.

Ad aures.

Per iſtam ✠ vnctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquiſti per auditum. Amen.

Ad nares.

Per iſtam ✠ vnctionem & ſuam piiſsimam miſericordiam indulgeat tibi dominus quicquid deliquiſti per odoratum. Amen.

Ad labia.

Per iſtam ✠ vnctionem & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquiſti per guſtum & locutionem. Amen.

Ad manus.

Per iſtam ✠ vnctionem & ſuam piiſsimam

mam miſericordiã indulgeat tibi Dominus quicquid deliquiſti per tactum. Amen.

Ad pedes.

Per iſtam ✠ vnctionem & ſuam piiſsimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquiſti per greſsum. Amen.

In nomine ✠ Patris, & Filii, & Spiritus ſancti ſit tibi hæc vnctio olei ſanctificati ad purificationem mentis & corporis, & ad omnium abſolutionem culparum, ad munimen & defenſionem contra iacula immundorum Spirituum, cuſtodiátque te Ieſus & perducat te ad vitam æternam. Amen.

Hîc legat vnam vel duas benedictiones poſitas ſuper infirmum, ſecundum quod tempus patitur. Deinde dicat Sacerdos.

Dominus Ieſus Chriſtus apud te ſit, vt te defendat, intra te ſit vt te conſeruet, ſuper te ſit, vt te benedicat. Qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Finis.

## ORDO VISITANDI INFIRMVM TEMPORE NEceſsitatis ſummæ.

Pax ✠ huic domui, & omnibus habitantibus in ea.

Item dicat.

Benedic Domine domum iſtam & omnes habitantes in ea, quia tu Domine dixiſti Pax huic domui. Benedic Domi-

ne timentes te, puſillos cum maioribus. Benedicti vos à Domino, qui fecit cælum & terram.

Oremus.

Exaudi nos Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cælis, qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet, ac defendat omnes habitantes in hac domo. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Deinde præmiſſa confeſsione generali vel ſpeciali, vt ſupra, inungat infirmum poſt aſperſionem aquæ benedictæ modo infraſcripto, qui in neceſsitate ſufficit ſecundum doctores.

Ad oculos

Per iſtam ✠ vnctionem, & ſuam piiſsimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquiſti per viſum. Amen.

Ad aures.

Per iſtam ✠ vnctionem & ſuam piiſsimā miſericordiam indulgeat tibi Do-

minus quicquid deliquiſti per auditum. Amen.

Ad nares.

Per iſtam ✠ vnctionem & per ſuam piiſsimam miſericordiam indulgeat tibi dominus quicquid deliquiſti per odoratum. Amen.

Ad labia.

Per iſtam ✠ vnctionem & ſuam piiſsimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquiſti per guſtum, & locutionem. Amen.

Ad manus.

Per iſtam ✠ vnctionem & ſuam piiſsimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquiſti per tactum. Amen.

Ad pedes.

Per iſtam ✠ vnctionem & ſuam piiſsimam miſericordiam indulgeat tibi domi-

minus quicquid deliquiſti per greſsum. Amen.

Quod ſi ſuperuixerit adhuc æger recitet tot quot volet Sacerdos Pſalmos, Orationes, atque benedictiones.

Poſtquam abluit manus, & defricauit pollicem Sacerdos ſi velit poteſt vnam, plures aut omnes infraſcriptas legere benedictiones ſuper ægrum.

Bene ✠ dicat te Deus Pater, ſanet te Deus Dei filius, illuminet te Spiritus ſanctus, corpus tuum cuſtodiat, animam tuam conſeruet, & quando de hoc corpore euocauerit ad ſupernam vitam perducere dignetur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen

Alia.

Bene ✠ dicat te Deus Pater, adiuuet Chriſtus, filius Dei, corpus tuum in

in ſancto ſuo ſeruitio cuſtodiri faciat, & conſeruari, mentem tuam illuminet, & ſenſum tuum cuſtodiat: ab omni malo te liberet, dextera ſua te defendat, & qui ſanctos ſuos ſemper adiuuat, ipſe te adiuuare & confortare dignetur. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Bene ✠ dicat te Deus pater, qui in principio cuncta creauit.

Bene ✠ dicat te Dei Filius, qui de ſupernis ſedibus pro nobis ſaluator apparuit.

Bene ✠ dicat te Spiritus ſanctus, qui in ſimilitudine columbæ in flumine Iordanis ſuper Chriſtum requieuit: ipſe te in Trinitate, & vnitate ſanctificet, quem omnes gentes venturum Iudicem exſpectant. Qui viuit & regnat cum Deo patre in vnitate Spiritus ſancti

Deus in ſecula ſeculorum. Amen.

Alia.

Bene ✠ dicat te Deus Pater, cuſtodiat te Ieſus Chriſtus, illuminet te Spiritus ſanctus omnibus diebus vitæ tuæ. Amen.

Confirmet te virtus Chriſti, indulgeat tibi Dominus vniuerſa delicta tua. Amen.

Beatæ & glorioſæ ſemperque virginis Mariæ Dei genitricis omniumque ſimul Sanctorum glorioſa interceſsio te protegat, & ad vitam perducat æternam. Amen.

Bene ✠ dicat te dominus, & cuſtodiat te, illuminet dominus Ieſus faciem ſuam ſuper te, & miſereatur tui, conuertat vultũ ſuum ad te, & det tibi pacẽ

om-

omnibus diebus vitæ tuæ. Amen.

Benedicere digneris Domine, & ſanctificare * iſtum famulum (iſtam famulam tuam) N. cæleſti benedictione. In nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ ſancti, cui eſt honor & poteſtas in ſecula ſeculorum. Amen.

Alia.

Sanet te Deus pater omnipotens, qui te creauit in carne, ſanet te Dei filius, qui pro te paſsus eſt in cruce, ſanet te Deus Spiritus ſanctus, qui ſuper te effuſus eſt in Baptiſmo, ſanet te ſancta & indiuidua Trinitas, cum omni ſanctitate, ſanent te Angeli & Archangeli, Patriarchæ, & Prophetæ, & omnes ſancti Apoſtoli, Martyres, Confeſsores, Virgines, atque omnes Sancti, & ab omni malo atque dolore

te eripiat Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui cum Patre & Spiritu ſancto, viuit & regnat Deus in ſecula ſeculorum Amen.

Alia.

Benedictio ✠ Dei Patris cum Angelis ſuis ſit ſuper te.

Benedictio Chriſti ✠ cum Apoſtolis ſuis ſit ſuper te.

Benedictio ✠ Spiritus ſancti cum ſeptem donis ſit ſuper te.

Benedictio ✠ Eccleſiæ Catholicæ, cum vniuerſis filiis ſuis ſit ſuper te. Fiant merita & orationes omnium Sanctorum tecum diebus & noctibus, in verbo, in facto, in cogitatione, & in toto corpore. Commendo te ſub poteſtate Sanctæ Trinitatis, id eſt, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bene ✠ dictio Domini ſit ſuper te. Bediximus tibi in nomine Domini, qui in Trinitate perfecta viuit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

In fine Sacerdos abiturus ægrum Deo commēdatum, & Eccleſiæ, & ſacramēto contra animæ hoſtes munitum ſoletur hortetúrque vt in corde gratus ſit Deo pro hec ſingulari beneficio, quod conceditur illis ferè ad fœliciter vitam finiendam, qui ſemper catholicè vixerunt.

## ORDO SEPELIENDI MORTUOS.

Sacerdos volens ſepelire mortuum, indutus ſuperpelliceo & ſtola, præcedētibus miniſtris cum aqua benedicta, & cruce pergat ad mortuum, eum aſpergat, ac pro eo legat vnum De Profundis, Pater noſter, Aue Maria, cum collecta pro defuncto.

Deus cui omnia viuunt, & cui non pereunt moriēdo corpora noſtra, ſed mutantur in melius, te ſupplices exoramus vt ſuſcipi iubeas animam famuli tui, (famulæ tuæ) N. per manus ſanctorum Angelorum deducēdam in ſinum amici

ci tui Abrahæ Patriarchæ: reſuſcitã'dã'm-
que in nouiſsimo iudicii magni die, vt quicquid vitiorum Diabolo fallente contraxit, tu pius & miſericors abluas indulgendo. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

In regreſsu verò, ſi tempus fert, vel Graduales, vel ſeptem pœnitentiales Pſalmos legat vſque ad cæmeterium, vbi ſubmiſſa voce cantando incipiat.

Libera me Domine de viis inferni, qui portas æreas confregiſti, & viſitaſti infernum, & dediſti eis lumen, vt viderent te. Qui erant in pænis tenebrarum.

Verſi. Clamantes & dicentes: Aduenisti redemptor noſter. Qui erant, &c.

Requiem, De profundis, Pater noſter, Aue Maria cum collecta pro defuncto, aut aliud reſponſorium iuxta loci conſuetudinem.

Abſolue quæſumus Domine animam famuli tui (famulæ tuæ) N. vt defunctus (defuncta) ſeculo, tibi viuat, & quæ per fragilitatem carnis humana cõ-

uerſatione, peccata commiſit, tu venia miſericordiſsimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſ. Amen.

## Commendatio defuncti in ſepultura, vel tempore exequiarum aut Anniuerſarii.

Sacerdos poſt Miſſarum celebrationem ſtans ad feretrum vel ſepulchrum, dicat:
Oremus.

Non intres in iudicium cum * famulo tuo (famula tua vel fidelibus tuis) Domine, quoniã nullus apud te iuſtificabitur homo, niſi per te omniũ peccatorũ tribuatur remiſsio, non ergo * eũ (eam) eos (vel eas) quæſumus tua iudicialis ſententia premat, * quẽ (vel quam) quos (vel quas) tibi vera ſupplicatio fidei Chri-

Chrſanę cõmẽdat, ſz. grã tua illi (illis ) ſuccurrente me-
reatur ( mereantur ) euadere iudicium vltionis, * qui (quæ ) dum * viueret (vi uerent ) * inſignitus (inſignita ) eſt (inſigniti vel inſignitæ ſunt ) ſignaculo ſanctæ Trinitatis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſponſio. Amen.

Subuenite ſancti Dei, occurrite Angeli Domini, ſuſcipientes * animam eius ( animas eorum uel earum ) Offerẽtes * eam ( eas ) in conſpectu altiſsimi.

Verſic. Suſcipiat * eam (eas ) Chriſtus qui vocauit * eam (eas, ) & in ſinũ Abrahæ Angeli deducant * eam (eas ) Offerentes. Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſõ. Kyrie eleyſon. Pater noſter. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo.

Requiem æternam dona * ei (eis ) Domine. Et lux perpetua luceat * ei eis )

Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te veniat.

## Oremus.

Deus cui omnia viuunt, & cui non pereunt moriendo corpora noſtra, ſed mutantur in melius, te ſupplices exoramus, vt quicquid anima famuli tui (vel (famulæ tuæ animæ fideliũ tuorũ vel tuarũ) viciorum tuæ voluntati cõtrarium, fallente diabolo, & propria iniquitate atque fragilitate contraxit, (contraxerunt) tu pius ac miſericors ablue indulgendo, eámque (eásque ſuſcipi iubeas per manus Sanctorum Angelorum tuorum deducendam, (deducendas) in ſinum Patriarcharum tuorum, Abraham ſcilicet amici tui, & Iſaac electi tui, & Iacob dilecti tui, v-
bi

bi non eſt dolor, neque triſtitia, neque ſuſpirium, ſed vbi fidelium animæ felici iucunditate lætantur, & vt in nouiſsimo magni iudicii die, inter ſanctos & electos tuos * eum (eam) (eos) (eas) facias perpetuæ gloriæ percipere portionem, quam oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quam paraſti diligentibus te. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

## Reſponſorium.

Antequam naſcerer nouiſti me, & ad imaginem tuam Domine formaſti me; Modo reddo tibi creatori animam meam.

## Verſiculus.

Commiſsa mea Domine paueſco, & ante te erubeſco dum veneris iudicare, noli me condemnare. Modo. reddo

Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon.
Kyrie eleyſon. Pater noſter.
Et ne nos inducas in tentationem.
Sed libera nos à malo. Amen.

Anima eius, (animæ eorum vel earum) in bonis demorabitur (demorbuntur) Et ſemen eius (ſemen eorum vel earum) hereditabit terram.

Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te veniat.

## Oremus.

Fac quæſumus Domine hanc cum famu-

mulo tuo defuncto, ( famula tua defuncta ) ( fidelibus tuis defunctis, ) miſericordiam, vt factorum ſuorum in pænis non recipiant vicem, * qui ( quæ ) tuam in votis tenuit ( tenuerunt ) voluntatem, & quia hic * illum (illam) (illos vel illas ) vera fides iunxit fidelium turmis, illic * eum (eam) ( eos vel eas ) tua miſeratio ſociet Angelicis choris. Per Chriſtũ Dominũ noſtrum. Amen.

## Reſponſorium.

Memento mei Deus quia ventus eſt vita mea, Ne aſpiciat me viſus hominis. Verſ. De profundis clamaui ad te

 Do-

Domine, Domine exaudi vocem meam. Nec aſpiciat. Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen.

A porta inferi. Erue Domine animam eius (animas eorum vel earũ) Domine exaudi orationem meam,
Et clamor meus ad te
veniat.

Oremus.

Inclina Domine aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericordiam tuã ſuppliciter deprecamur, vt animam famuli tui (famulæ tuæ) (animas fidelium tuorum vel tuarũ) quã (quas) de hoc ſeculo migrare iuſsiſti, in pacis atque lucis regione conſtituas, & ſanctorũ tuorũ iu-

iubeas eſse conſortem (conſortes.) Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

## Pſalm.

De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit.

Quia apud te propitiatio eſt, & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eius, ſperauit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina vſque ad noctē ſperet Iſrael in domino.

Quia apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael ex omnibus ini-
quitatibus eius.

Requiem æternam etc. ~~Gloria Patri, & Filio, & Spirituiſancto~~
~~Sicut erat in principio & nunc & ſem-
per, et in ſecula ſeculorum.~~ Amen.

Libera me Domine de morte æterna, in die illa tremenda, quando cæli mouendi ſunt & terra.
Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon.
Kyrie eleyſon Pater noſter. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo.

Non intres in iudicium cum fideli tuo (vel fideli tua) (fidelibus tuis,) Domine.
Reſ. Quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcum.

Oremus.

Suſcipe Domine * famulum tuum (famulã tuã) (vel fideles tuos) in bonũ habitaculũ æternũque, & da * ei (eis) requiẽ et regnũ Abrahæ, Iſaac, & Iacob, & partem * habeat (habeãt) in prima reſurrectione, & inter reſurgentes * ſurgat (ſurgant) & inter ſuſcipientes corpora in die reſurrectionis * corpus ſuum ſuſcipiat, (corpora ſua ſuſcipiant) & cum benedictis ad dexteram Dei patris omnipotẽtis * veniat (veniant) inter poſſidẽtes vitam æternam, & * ipſe (ipſa) * poſſideat, (ipſi vel ipſæ) poſſideant. Per Chriſtum Dominũ noſtrum. Amen.

Commendamus tibi Domine animam * fratris noſtri (ſororis noſtræ (animas fidelium tuorum, fratrum noſtrorum: (vel ſororum noſtrarum) pre-

precantes propter* quam (quas) ad terras tua pietate deſcendiſti, Patriarcharum tuorũ ſinibus inſinuare non renuas. Partem beatæ reſurrectionis* obtineat (obtineant) vitámque æternam cum Sanctis habere mereantur in cælis. Per te Ieſu Chriſte ſaluator mundi, rex gloriæ. Qui cum Patre & Spiritu ſancto viuis & regnas Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Requieſcant in pace. Amen. Pſal. Miſere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuã.

Populus circumſtans aſpergatur aqua benedicta.

Mortuo impoſito ſepulchro cum aſpergendo dicat.

Requieſcat in pace. Reſpon. Amen.

Deinde ter proijciendo ſuper mortuum terram, ter quoque dicat.

De terra plaſmaſti me, & in terram redegiſti me, reſuſcita me in nouiſsimo die, & miſerere mei.

OF-

# OFFICIVM PASTORVM CIRCA SACRAMENTVM Ordinis.

PAſtor faciat inquiſitionem de idoneitate ordinandi,quod illi magis perſpecta eſſe ſoleat,eámque mittat Epiſcopo, ne cito aut leuiter manus alicui imponantur. I

In concilio Tridentino præcipitur vt promouendi ad minores ordines à Paſtore,& à magiſtro ſcholæ in qua educantur, teſtimonium habeant,hi vero,qui ad ſingulos maiores ordines erunt aſsumendi,per menſem ante ordinationem Epiſcopum adeant,qui paſtori aut alteri,cui magis expedire videbitur,committat,vt nomina ac deſideria eorum,qui volẽt promoueri,publicè in Eccleſia proponat, atque de ipſorum ordinãdorum natalibus,ætate,moribus,& vita à fide dignis diligenter inquirat, & literas teſtimoniales ipſam inquiſitionem factã continẽtes, ad ipſum Epiſcopũ, quamprimum ſcribat, vt eorũ quoque iudicio & teſtimonio probẽtur,quibus ſunt præficiendi,ſicq; fiet,vt libentius eos ſequantur,& in honore habeant,quos ipſi probauerint,non niſi probatis,hoc eſt,honeſtis,doctis, & in quibus nulla ſit aut generis infamia,aut ætatis,morúmque leuitas ad Eccleſiaſtica miniſteria locum,aut aditum patere,ſuos quoque filios maiori cura & ſanctè educãdos, & piè diligentérque in literis moribúſque inſtituendos curent. II *Seſs.23. de Refor. cap.5.*

Paſtor qui proclamationem in Eccleſia,& inquiſitionem ordinãdorum præcipuè facere debebit,intelligat,quæ ſit ordinum dignitas,quę ſingulorum officia,qui commendari, quíque non commendari Epiſcopo debeant. III

In ordine neceſſaria eſt gratia ad publicum miniſterium Eccleſiæ,& ad totius populi ſalutem, quare etiam illis tantum diebus fiunt ordinationes,quando indicta ſunt ſolennia ieiunia, vt videlicet populus orando, & ieiunando idoneos Eccleſiæ miniſtros,& ſanctos ſacerdotes à Deo impetret,ad quod etiam paſtor ſuos in concionibus hortari debet. IIII

# De Sacramento

## Quid ſit Ordo, vel ordinis Sacramentum, & quid ordinari, vel ad ordines promoueri

ORdo eſt ſignaculum in quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato, & dicitur ſignaculũ, quia traditur cum ſigno exteriori, quod in materia & certa forma conſiſtit. Ordinari eſt talem poteſtatem verbis, & ſignis exterioribus accipere, addita quoque cæleſti gratia, vt quis ſit idoneus Eccleſiæ miniſter.

## Materia.

MAteria eſt illud per cuius traditionem confertur ordo, ſicut in Sacerdotio calix cum vino, & patena cum pane: In Diaconatu, liber Euangeliorum. In Subdiaconatu, calix vacuus cum patena vacua. Acolythis, dantur vrceoli vini & aquæ. Lectoribus, liber lectionum. Exorciſtis, liber exorciſmorum, hoc eſt adiurationum, ad expellendos dæmones ab obſeſsis: Oſtiarijs, claues, ad claudendas & aperiendas fores templi.

## Forma.

FOrma ordinis conſiſtit in verbis illis, quæ proferuntur ab Epiſcopo cum quibus tradit materiam, & poteſtatem miniſtrandi in Eccleſia, vt cum dicitur in ordinatione Sacerdotis tradendo calicẽ: **Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium, in Eccleſia pro viuis & mortuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: & ſic de alijs ordinibus.**

## Miniſter.

ORdinarius miniſter, cuius eſt ordines conferre, eſt Epiſcopus proprius ſub quo vel renatus, vel beneficium habet ordinandus. Nam ab alieno Epiſcopo nemo ordinari poteſt, niſi impetratis literis dimiſſorijs ab Epiſcopo proprio, in quibus probitas & mores ordinãdi commendentur; literas enim dimiſſorias nec Abbates, nec Capitulum

lum Cathedrale, etiam ſede vacante, nec vllus alius præter Epiſcopum proprium concedere poteſt, excepto ſummo Pontifice.

## Effectus

Effectus eſt gratia quæ confertur dignè ſuſcipientibus, hoc eſt, contritis & confeſsis, per quam iuſtificamur, vel in iuſtitia proficim⁹.

Alius effectus eſt collatio poteſtatis ſpiritualis, vocaturque character, qui eſt ſignum quoddam inuiſibile & indelebile, quod animæ ſuſcipientium imprimitur, & quo ita à laicis diſtinguntur, & eximuntur ordinati, vt nunquam ſemel ſuſceptum ordinem amittere poſsint, neque per excommunicationem, neque per degradationem, neque per vllam infidelitatem, quanquam vſum & executionem per hæc, & alia ſæpè amittat, vt miniſtrare in ordine ſuſcepto ſine magno peccato, non poſsit.

## Quot ordines & qui.

Septem, Oſtiariorum, Exorciſtarum, Lectorũ, Acolythorum, Subdiaconorum, Diaconorum, Sacerdotum. Quatuor primi dicuntur Minores, quia circa minora miniſteria verſantur. Tres reliqui dicuntur maiores & ſacri, quia circa res ſacras, hoc eſt, circa ipſum Sacramentum Euchariſtiæ, & vaſa ſacra in maioribus miniſterijs occupantur. Quare & maiori ſanctitate & perpetua caſtitate excellere debent.

## Officia ſingulorum ordinum.

Oſtiariorum officium eſt, ſeruare claues templi, excludere indignos, & maximè infideles, atque admittere fideles, quod officium olim valde neceſſarium erat, cum Eccleſia inter Ethnicos & infideles ac barbaros eſſet conſtituta, & olim ad ſacrificium miſſæ aſsiſtebãt, ne quis propius ad altare accederet, & Sacerdotem turbaret. i

Exorciſtæ expellebant dæmones ab Energumenis & obſeſsis. ii

Lectoris officium eſt, legere clara voce, vel cantare in Eccleſia prophetias & ſcripturas ſacras, maximè in nocturna pſalmodia. iii

Acolythi, hoc eſt quaſi pediſſequi, quia comitãtur & ſequuntur eos, iiii qui ſunt in maioribus ordinibus, horum officium eſt vrceolos cum vino & aqua ſubdiacono miniſtrare lumina & cereos accẽdere vnde

Vocantur etiam ceroferarij. Quamuis hodie Oſtiariorum, Lectorũ, & Acolythorum officia per eos qui ordinati non ſunt, exerceantur, illorum tamen proprium eſt ex profeſſo, & tanquam ex officio hæc adminiſtrare, & hic intelligimus quanta fuerit reuerẽtia maiorum, erga Eccleſiam Chriſti, qui ne minima quidem eius miniſteria putarunt, ſine ſpeciali ordinatione, & gratia Dei, geri, & neminem ad ſummum ordinem, niſi gradatim per omnes inferiores aſcendere debuiſſe.

V Subdiaconi dicuntur, quia proxime ſunt Diaconis, & illis miniſtrant calicem, & patenam. Item materiam Euchariſtiæ videlicet panem & vinum, & aquam ad altare deferunt & Diacono tradunt. Sacerdoti in abluendis manibus miniſtrant, & Epiſtolam cantant.

VI Diaconi græcè, latinè miniſtri dicuntur, quia horum officium eſt aſsiſtere Epiſcopis & Sacerdotibus, atque miniſtrare in omnibus quæ aguntur in Sacramentis Chriſti, diſponere oblationes in altari, panem in patenam, vinum & aquam in calicem, pronunciare & cantare Euangelium.

VII Preſbyteri ita dicti, non tam ab ætate, quam a ſapientia, quæ maior in illis eſſe debet, officium eſt conſecrare, offerre, & diſpenſare, ſiue miniſtrare corpus & ſanguinem Domini, item peccata dimittere & retinere, Sacramenta adminiſtrare, docere, pro ſe atque populo orare.

VIII Sacerdotalis ordo varios habet dignitatis & poteſtatis totius gradus. Primus eſt eorum qui ſimpliciter Sacerdotes vocantur. Secundus eſt Epiſcoporum. Tertius eſt Archiepiſcoporum, qui & Metropolitani dicũtur, quòd præſint vrbib⁹ maiorib⁹. Quartus eſt Patriarcharum, qui olim præter Romanum Pontificem, quatuor tantũ erant. Primus, Conſtantinopolitanus. Secundus, Alexandrinus. Tertius, Antiochenus. Quartus, Hieroſolymitanus. Summus om-

I nium eſt Papa Romanus, cuius ſedes Apoſtolica dicitur Prima.

IX Prima tonſura non numeratur inter ordines, ſed omnes ordines præcedit, & per eam fit prima ſegregatio à laicis, & deputatio ad cultum diuinum, & propterea abuſus eſt, quando illis confertur tonſura, qui nec de choro cogitant, nec Deo in miniſteriis Eccleſiaſticis

II ſeruire propendent. Vocatur corona, quod ad regiam digni-

III tatẽ vocentur, qui ad Sanctæ Eccleſiæ miniſteria dedicantur, vt ſem-

IIII per memores ſint paſsionis Chriſti, ac ſpineæ coronæ quæ Chriſti Domini capiti fuit impreſſa.

De

# De ſuſcipientibus ordines, hoc eſt, de ordinandorum qualitate.

Ordinandi atque in tam alto gradu collocandi, debent omnibus bonis animi & corporis eſſe prædíti, quæ cuiuſmodi ſint, ex contrarijs vitijs quibus carere debent, potiſsimum intelliguntur. Indicanda ſunt igitur breuiter impedimenta ordinandorum, ne Paſtor huiuſmodi Epiſcopo commendet.

# Impedimenta ordinum, & primò quæ ad animi vitia pertinent, vt ſunt omnia peccata mortalia.

Suſcipere enim quemcunque ordinem in peccato mortali. Item in ordine aliquo miniſtrare, tanquam ex profeſſo, & ex officio, cum conſcientia peccati mortalis, Sacrilegium eſt, & grauiſſimum peccatum.

Enormia autẽ crimina, vt Homicidium voluntarium, Simonia in ordine, vel beneficio, & Hęreſis etiam poſt confeſsionem & pœnitentiam, prohibent ab ordinibus etiam ſi ſint occulta.
Alia autem grauia quidem, ſed his tamen minora, vt Adulteriũ, Furtum, Sacrilegium, Periurium, Fraus, Dolus, Inceſtus, ſi ſunt manifeſta, impediunt, etiam poſt pœnitentiam: ſi vero ſint occulta, poſt pœnitentiam non impediunt.

Repellendi ſunt etiam qui propenſi ſunt & proni, propter conſuetudinem vel inclinationem peruerſam, ad grauia peccata, vt ſecundum Apoſtolũ, Cupidi, Auari, Elati, Superbi, Vinolenti, Percuſsores, Iracundi, Litigioſi, Immodeſti, Ebrioſi, Commeſſatoras, Incontinentes, Impudici.

Item impediunt ſtultitia & ignorantia, & inſcicitia eorum, quæ ad talem ordinem qui ſuſcipitur ſunt neceſſaria.

## Quæ ſcientia ſit neceſſaria

Ad primam tonſuram requiritur, vt ſuſcepto Sacramento confirmationis ſciant legere, ſcribere, & rudimenta fidei.

Ad quatuor minores ordines, vt intelligant linguam latinam, & bonum teſtimonium à paſtore, & magiſtro ſcholæ, in qua ſtudent, habeant. Subdiaconi, & Diaconi debent eſſe inſtructi ijs, quæ ad illos ordines exercendos, pertinent.

Sacerdotes, qui ſolùm ad celebrandum ordinantur, non ad docendum populum, vel ad Sacramenta adminiſtranda, ſciant quæ ad Sacramentum Euchariſtiæ, & Altaris ſacrificium ſunt neceſſaria, quæ materia, quæ forma, quis effectus, & virtus Sacrmenti & ſacrificij huius, quæ præparatio, quod diuinum officium horis canonicis legendis vel cantandis.

Qui officium Parochicum cura animarum exercere vult, tenetur ſcire, Primò quæ ad integritatẽ, vſum, & diſpenſationem Sacramentorum, quæ adminiſtrat, pertinent. Secundò diſcernere inter peccata mortalia, venialia, leuiora, & grauiora. Tertiò mederi infirmitatibus animarum. Quartò doctrinam fidei, & morum communem & neceſſariam populo. In difficilioribus Epiſcopum, & doctiores conſulere debent.

Ad animi vitia pertinet quoque Infamia.
Item Infidelitas. Quare Apoſtatæ, hæretici, & fautores hæreticorum, etiamſi iam reſipuerint ab errore. Item filij hæreticorum, qui in hæreſi deceſſerunt vſque ad ſecundam generationem in linea maſculina, & vſque ad primam in linea fæminina, ordinari in iure prohibentur.

## Impedimenta ex vitiis corporis.

Omne vitium corporis, ſiue ex mutilatione, ſiue ex debilitatione impediens celebrationem, ſaltem ſine horrore, deformitate, vel ſcãdalo, ſiue ex culpa contractũ, ſiue ſine culpa, impedit ordinationẽ.

Vitium

Vitium membri, etiam occulti, & exigui, ex culpa contractum: vt ſi quis ex impatientia, vel dans operam rei illicitæ mēbrum minimum, vel partem amiſerit, vel etiam zelo caſtitatis Originem imitatus fuerit, ordinari non permittit.

Epileptici, hoc eſt, qui laborant morbo comitiali. Arreptitij, hoc eſt, qui in terram à Dæmonibus arrepti eliduntur. Lunatici, Energumeni, ſiue Dæmoniaci, Furioſi, & Leproſi, ab ordinibus repelluntur.

Huc etiam pertinēt illegitimi, hoc eſt, qui non ſunt nati de legitimo matrimonio, vel quod reputabatur legitimū, cū his tamen, vt ad minores ordines promoueri poſsint, & beneficium ſimplex obtinere Epiſcopus diſpēſare poteſt, ad ſacros verò ordines, & ad beneficia quibus dignitas vel cura animarum eſt annexa, ſolus Papa diſpenſat.

Profeſsio autem religionis ad omnes ordines diſpenſat, non tamen ad Prælaturam.

## Defectus ætatis.

Vt naturalium, ſic etiam ætatis defectus impedit ordinationem, ætas autem ad Subdiaconatum neceſſaria, eſt annus vigeſimus ſecūdus inchoatus, ad Diaconatum vigeſimus tertius, ad Preſbyteratum vigeſimus quintus, tam in religioſis, quam ſecularibus. Et qui ante hanc ætatem ordines ſuſciperet, non poſſet ante legitimam ætatem in ijs miniſtrare, ſed toties peccaret mortaliter, quoties id faceret, nec in hac re poteſt Epiſcopus diſpenſare.

Concilio Trident. *Seſs. 23.* capit. 12. de Refor

## Bigamia.

Aliud impedimētum eſt ex Bigamia propter defectum Sacramēti. Sunt autem Bigami Primò qui ſucceſsiue habuerunt duas vxores legitimas, vnam poſt alteram. I

Secundo qui duas ſimul illegitimè pro vxoribus habuerunt, vel vnā legitimè & alteram illegitimè. II Tertiò, qui mortua prima vxore ſecundam illegitimam quidem, ſed tamen vxoris loco habuerunt. III

Quartò, qui poſt ſolenne caſtitatis votum, matrimonium illegitime contraxerunt more Apoſtatarum. Nam legitimè non poſſunt. IIII

Quinto, qui duxerunt vnicam quidem vxorem, ſed viduam, vel corruptam, hoc eſt non virginem. V

Sextò, qui poſt fornicationem vxoris quam duxerunt virginē rurſū VI

illi, ſiue ſcienter ſiue ignoranter commiſcentur.

Eſt autem hoc notandum quod ad impedimentum ordinum ex Bigamia neceſſaria eſt copula carnalis, quæ ſi non interceſsit ſecundum matrimonium, vel cum corrupta aut vidua non efficit Bigamiam.

In nulla Bigamia Epiſcopus (niſi id faciat ratione indulti) diſpenſare poteſt, niſi in ordinibus minoribus, vel etiam in maioribus, cum religioſis, ad vitandos vagos diſcurſus, vel in Bigamia occulta.

# Impedimentum ex homicidio vel ex cauſa ſanguinis vſque ad mortem, vel ex mutilatione.

Omnis occidens, aut mutilans (dummodo mentis ac rationis fuerit compos) vel ſe, vel alium per induſtriam, & voluntariè etiã ſine peccato, eſt irregularis, & prohibetur ab ordinibus excepta ineuitabili neceſsitate defendendæ propriæ perſonæ. Neque ſolùm talis repellitur ab ordinibus, ſed etiam & iam ordinatus non poteſt miniſtrare in ordine ſuſcepto, idq́ue ſiue accidat cum peccato, ſiue per ſe, ſiue per alium, mandando, conſulendo, defendendo, cooperando, hortando, animando, auxilium ferendo, vt iudex etiã iuſtè procedens, in cauſa mortis vel mutilatione accuſator, teſtis, notari[9], ſententiam, vel teſtimonium ſcribens, pronuncians, dictans. Aduocatus contra reum, ſi effectus mortis vel mutilationis ſequatur.
Nam ſi mors aut truncatio membrorum non ſequatur, propter ſolã voluntatem, tametſi peccet, tamen poſt pœnitentiam & cõfeſsionem non prohibetur ordinari. Hinc etiam manifeſtum eſt, quòd miniſtri officiati, portantes ſcalas, funes, vel aliud occidendi, vel trucidandi inſtrumentum.

Item qui aliquid dicunt, aut faciunt, vt alioquin moriturũs, citius moriatur, velut ſi quis carnifici dicat, vt gladium acuat, ne ſæpius feriat, etiam irregulares fiunt

Quod de mutilatione dictum eſt, intelligitur de mutilatione, qua truncatur aliquod membrum principale, excepta cauſa infirmitatis.

Ex hõmicidio quoque & mutilatione fortuita & caſuali, oritur im-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

impedimentum ordinum, ſi vel rei illicitæ operam dederit, vel rei licitæ operam dans, diligentiam quam debebat non adhibuerit.

Hinc ſequitur, quòd quia clericis etiam in minoribus ordinibus exiſtentibus, & religioſis prohibetur bellum, ars Chirurgica, ideo ſi pugnant, mutilant &c. vel animant, arma dant, vel exercent artem chirurgicam quæ aduſtione & inciſione vtitur, etiamſi pietatis cauſa faciat, ſi ſequatur mors in arte, aut mutilatione, aut in bello quãtamcũmque diligentiam adhibuerit, quia dederũt operam rei prohibitę, nec in ordinibus adeptis miniſtrare debent, neque ad altiores promoueri.

Idem dicendum eſt de medicis imperitis, aut ſi quidem docti fuerint, ſed negligentes.

In homicidio voluntario etiam occulto, nullus Epiſcopus poteſt diſpenſare, ſicut nec in cauſa ſanguinis vſque ad mortem, nec in mutilatione, maximè in re manifeſta.

## Impedimenta propter excommunicationem & alias cenſuras Eccleſiaſticas.

Excommunicatio, ſuſpenſio & interdictum impediunt ordinationem. Itaque ſi quis ſuſcipiat ordines in excommunicatione maiori, ſuſpenſione vel interdicto, vel ab Epiſcopo excommunicato, hæretico, Symoniaco, ſuſpenſo, interdicto, recipit quidem ordines, ſed non poteſt exequi vel miniſtrare ſine diſpenſatione Papæ. Et quisquis celebrat, vel actum ordinis exercet in excommunicatione maiori, ſuſpenſione, vel interdicto, Item qui exercet ſolenniter actum ordinis ſacri quem non habet, efficitur irregularis, ne ſuſcipere poſsit, ordines, nec in ſuſceptis, niſi Papa diſpenſante, miniſtrare.

## Examen ordinandorum

Ad maiores ordines aſſumendi cũ literis teſtimonialibus paſtoris ſui con-

continentibus inquiſitionem factam, accedere debẽt ad Epiſcopum, qui ordinationis tempore, Sacerdotibus & alijs prudentibus viris, peritis diuinæ legis, ac in eccleſiaſticis conſtitutionibus exercitatis ſibi adiunctis, genus, perſonam, ætatem, inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter inueſtiget & examinet.

Diebus Mercurij Subdiaconandi, Iouis Diaconandi, Preſbiterandi examinentur diebus Veneris ante ordinationis diem.

Reuerendus ac nobilis Dominus Scholaſticus maioris templi per ſe, vel alios conſtituendos doctos viros in ſcientia & doctrina, cuique ordini neceſſaria inquirat. Dominus Officialis de ætate & corporis integritate & legitima natiuitate. Dominus Sigillifer de titulo, & moribus, ſecundum Eccleſiæ canones, neceſſarijs, ordinandos examinet.

## Habitus ordinandorum & beneficiatorum & horarum canonicarum obligatio.

Nemo niſi prima tonſura initiatus, nec ante decimum quartum annum beneficium poteſt obtinere.

Oportet omnes, qui in Sacris fuerint, aut Eccleſiaſtica beneficia qualiacunque obtinuerint, honeſtum habitum clericalem deferre.

Qui ex beneficio eccleſiaſtico fructus percipiunt, aut percipere poſſunt.

Itèm qui ſunt in Sacro aliquo ordine, ad horas canonicas recitandas quotidie ſub peccato mortali tenentur.

## Verba Concilii Lateranenſis Canone nono

Statuimus, & ordinamus vt quilibet habens beneficium, cum cura, vel ſine cura, ſi poſt 6. mẽſes ab obtẽto beneficio diuinũ officiũ nõ dixerit, legitimo impedimẽto ceſſãte, beneficiorũ ſuorũ fruct⁹, ſuos nõ faciat

faciat, pro rata omiſsionis officij, & temporis, ſed eos tanquã iniuſtè perceptos in Eccleſiæ fabricas huiuſmodi beneficiorũ, vel pauperũ eleemoſynas erogare teneatur. Si verò vltrà dictum tempus in ſimili negligentia contumaciter permanſerit, legitima monitione pręcedẽte, beneficio ipſo priuetur, cum propter officium detur beneficium. Intelligitur autem officium omittere, quoad hoc, vt beneficio priuari poſsit, qui per quindecim dies illud bis ſaltem non dixerit.

# Titulus ordinationis.

QVia turpe eſt miniſtros Eccleſiæ mendicare, nemò ordinandus eſt, qui non habeat beneficium vere, vel penſionem, aut patrimonium quod ſufficiat ad vitam ſuſtentandam, quæ etiam alienari, dimitti, aut reſignari non debent ſine licentia Epiſcopi, donec aliunde habeat, vnde viuere poſsit.

Nemo igitur ad menſam alicuius Prælati fictitiè ordinandus eſt, data videlicet cautione, quòd nihil ab huiuſmodi prælatis ſit exacturus.

Nemo etiam fictitium beneficij, aut patrimonij titulum afferat ad ordinationem.

# De Simonia.

Pœna prima Simoniacorum eſt ſuſpenſio ab executione ordinum & beneficiorum adminiſtratione. I

Depoſitio & infamia. II

Excommunicatio Eccleſiæ, qua, ad beneficium aut ordines ſacros accipiendos pecuniam, aut quod pecunia æſtimari valet, per ſe, vel per alios offerentes, primùm repelluntur ab ordinibus, vt Simon Act. 8. III

Deinde ſimoniacè ordinati, aut ad beneficia promoti ab executione ordinum arcentur, & ad omnes dignitates, poſtulationes, prouiſiones beneficia, & officia, & gratias redduntur inhabiles, tantiſper donec à ſummo Eccleſiæ Pontifice abſoluantur.

Accipiens etiam quicquam pro ordinibus, & beneficijs eiſdem pœnis ſubijcitur, atque cum Giezi maledictionis lepra inficitur, tàm diu donec acceptum reſtituerit Eccleſiæ (non enim meretur recipere, qui turpiter dedit) in cuius contumeliam datum fuit, atque deinde à Pontifice Chriſti Domini noſtri ſummo vicario reconciliatus Deo & Eccleſiæ, & ad beneficia atque officia denuò rehabilitatus fuerit.

# INSTRVCTIONES DE SPONSALIBVS.

I SPonſalia nihil aliud vocãt, quàm futurarum nuptiarum promiſsiones. Nam quando duo per verba de præſenti, vt loquútur, contrahunt, tunc coniuges, non ſponſi aut ſponſæ, vocantur & ſunt.

II Quilibet valens contrahere matrimonium poteſt etiam ſponſalia cõtrahere per ſe, per nuncium, per procuratorem, parentes, atque quemlibet alium, dummodo conſentiant & ratificent hi, quorum nomine contrahunt.

III Ante ſeptennium non poſſunt contrahi, propter defectum rationis, cuius vſus hîc neceſſarius.

IIII Contrahũtur per verba futuri temporis, aliquando ſimplici promiſſione, vt accipiam te in vxorem, & è contra: aliquando vero addito iuramento, annuli, arræ, nummíque donatione & acceptione.

V Cum promiſsio debitum conſtituat, abſque mortali peccato & perfidia non poteſt, qui ſponſalia contraxit, renuere matrimonij ſuſceptionem, niſi in caſibus à iure permiſsis. In foro tamen contentioſo nõ compelluntur ab Eccleſia, quia matrimonia debent eſſe liberrima, &

VI coacta infælices ſæpè ſortiuntur exitus. Excommunicati ſunt Domini, qui ſubditos inuitos matrimonia contrahere compellunt.

VII Sponſalia quomodo ſine peccato ſoluantur, per religionis approbatæ ingreſſum, votum caſtitatis ſimplex, ſuperuenientem affinitatẽ, aut per grauem infirmitatem alteri ſpondentium accidentem, conditionum violationem, mutuum conſenſum & abſolutionem, hæreſim ſequentem, aut matrimonium cum alio per verba de præſenti. Vide Canones.

# MODVS CELEBRANDI Sponſalia.

Conueniat prius inter ſponſum & ſponſam, & vtriuſque partis amicos, & quando de omnibus iam conuenit, inter eos, adſit parochus eique aliquis proximorum ad hoc conſtitutus, vtriuſque partis voluntatem declaret.

Wir-

Würdiger Her: dieſe zwey N. vnnd N. ſeind mit beyder ihrer verwandtenn Freundtſchafft vorwiſſen vnnd willen / vnnd mit wolbedachtem gemüt / vnd zeitigem raht ſich künftiger zeit / iñerhalb viertzig tagẽ oder negſter gebürlicher zeyt mit Ehelicher pflicht zuuerbindẽ eins worden / iñerhalb gemelter zeit durch Gottes hülff einander zu Kirchen zůfüren / vnnd wie breuchlich / vnd Chriſtlich / volgents ehelich beyeinander wohnen / vnd die Ehe volnziehen. Darumb ſie dann E. E. als ihrem ordentlichen Pfarrherrn vnnd Seelſorger erſucht haben / gebetten / erſuchen vnnd bitten / ſie wölle dieſer ihrer verheiſſung bezeugen vor gut halten / vnnd beſtettigen / auch alles was zu der künfftiger Ehe verknüpffung nach Chriſtenlicher ordenung nötig ſein wirdt / durch die drey Sontägige außruffung anſtellen.

Poſtea Parochus inquiret nomina contrahentium, & inquirat, vtrum ſint excommunicati, an aliquis ex eis votum caſtitatis emiſerit, an cum alio prius cōtraxerit. Cognoſcat etiam, an aliquo gradu conſanguinitatis, affinitatis aut cognationis ſpiritualis à iure prohibitis coniūcti ſint, & prius interrogetur vir.

N. Sag e an bey der trewe / die du Gott ſchüldig biſt / vnd bey deinem eyde / vnd letzter hinnefahrt / ob du auch einige gelöbte der keuſchheit gethan / oder ſonſt iemandts die Ehe verheiſſen / od dich mit iemandts anders vermehelet haſt.

Idem poſteà à ſponſa quęrat.
Iterum à viro quærat.

N. du verheiſſeſt hie vor Gott/ vnnd allen dieſen guten Freunden/ die gegenwertigen N. innerhalb virtzig tagen/ oder negſter gebürlicher zeit/ ſo fernes euch Gott vnd die Chriſtliche Kirch vergünnẽ wirdt/ für dein Ehelich gemahel anzunemmen/ vnnd nach Chriſtlicher ordnung zů Kirchen zů führen/ vnnd in der Ehe mit ihr verknüpfft werden.

Illo annuente, idem quærat à ſponſa, & illa annuente, dicat Parochus.

Et ego hæc ſponſalia, & hanc veſtram mutuam promiſsionem, auctoritate qua fungor, confirmo. In nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti. Amen.

Poſtea ſeorſum eos inſtruat, quomodo ſe debeant ad futuras nuptias præparare, videlicet à Deo gratiam implorando, confitẽdo, communicando, antequam contrahant, vel ſaltem triduo ante conſummationem matrimonij. Proponat exemplum Saræ, & ſeptem, qui, cùm eam libidinis inſtinctu ducerent, ab Aſmodæo dæmone ſunt extincti. Proponat verba Raphaelis, dicentis.

Tho. 6. Qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe & à ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem Dæmonium ſuper eos. Tu autem cum acceperis eam, ingreſsus cubiculum, per tres dies continẽs eſto ab ea, & nihil aliud niſi orationibus vocabis.

Fiant tribus diebus feſtiuis proclamationes publicæ.

Concilio Trid. Seſ. 24. cap. 1. de refor. Matrim.

Nam præcipit Eccleſia, vt ter à proprio paſtore vtriuſque, tribus continuis diebus feſtiuis in Eccleſia, inter Miſſarum ſolennia, publicè, antequam matrimonium in facie Eccleſiæ contrahatur, denuncietur, inter quos matrimonium ſit contrahendum, ſi quod fortaſsis eſſet oc

cultum

cultum impedimentum. Pauciores denunciationes eſſe nequeunt ſine Epiſcopi licentia.

His denunciationibus, ſiue proclamationibus factis, ſi nullum legitimum impedimentum opponatur, ad celebrationem matrimonij in facie Eccleſiæ, hoc eſt, coram paſtore vel alio Sacerdote, de eius, aut Epiſcopi licentia, & coram multis teſtibus procedatur.

Si in Parochia alia ſint copulandi factis proclamationibus publicis, parrochiano tuo impartiaris literas dimiſſorias quò ſine impedimento ab alio copulari poſsint.

## FORMA LITERARVM TESTIMONIALIVM.

N. Paſtor vel Capellanus Parrochialis N. dioecesis Treuiren. venerabili Domino N. paſtori vel capellano Eccleſiæ Parrochialis N. eiuſdem Treuir. vel alterius dioeceſis, ſalutem in Domino.

NOuerit Dominatio tua, & vniuerſi præſentes literas inſpecturi, quòd tribus proclamationibus ex more Eccleſiæ Catholicę publicè factis, nemo ſe oppoſuit, vel vllo modo contradixerit, quare non putamus vllum excommunicationis, aut Canonici impedimenti obſtaculum exiſtere, de quo nobis quidem conſtet, quin N. parochianus veſter legitimè poſsit matrimonium cum N. parochiana noſtra in facie Eccleſiæ contrahere. Quod omnibus quorū intereſt, aut intereſſe poterit, notum & certū eſſe volumus, ſub atteſtatione ſigilli noſtri manuali, quo in ſimilibus vtimur. Ano Dñi. &c.

Dentur literæ dimiſſoriæ ante tempus copulationis illi paroc'io, qui debet illos copulare, quò benè ab eodem examinentur, num ſint legitimæ perſonæ in vtraque parochia inuentæ, ad ineūdum matrimonium. Nam incognitos nullo modo copulare licet.

# Forma copulandi deſponſatos & ſecundum Eccleſiæ Catholicæ legem proclamatos.

Nota tria facienda in hac ſolenni copulatione.

Primò, Sponſus & ſponſa procurent vt ante ſacrum à ſuis amicis deducantur ad valuas templi, & Eccleſiæ Sacerdoti benedicendi offerantur, ritu ſolenni & conſueto, ibiq́ue Sacerdotem exſpectent, ne populus totus propter illorum moram tardius ſolito ſacrum audiat.

Sacerdotem celebrantem in locis à Parocho conſtituendis à principio vſque ad finẽ audiant, atque tempore offertorij ſponſus cum ſpóſa ad offerendum, altare circumeant, illo ritu quo ad templum ſolenniter venerunt. Sequãtur autem ad offerendum amici tam ſponſi quàm ſponſæ. Poſt Sacrum accepta benedictione Sacerdotis, ſolenniter reducantur vſque ad domum conuiuij pro more atque conſuetudine loci.

Adſint copulandi ante fores templi in puncto vltimi ſigni ad Sacrũ, antequam ſacrum inchoetur. Et Parochus indutus alba & ſtola (ſi ipſe eſt celebraturus) ſi autem ipſe non eſt celebraturus ſed alius tunc ipſe ſuperpelliceo indutus & ſtola accedat ad eos ſtantes ante valuas templi.

Nota ſi Parochus non interfuit ſponſalibus ſub iuramento vt ſuprà, quærat ab vtroque ſigillatim, an vel voto caſtitatis ſint obligati, aut vtrum alteri fidem dederint. Si nullũ ergo ſit obſtaculũ ita circumſtantes alloquatur.

AllErliebſten/demnach dieſe zwey iunge leut mit wolbedachtem gemüt/ zeitigem rath/deſſen vnder ſich eins ſeindt wordẽ/ ihr leben ehelich bey einander nach Chriſtlicher ordnung zuſchlieſſen/vnd auch darüber öffẽtlich/wie gebräuchlich/ vonn der Cantzeln dreymal außgeruffen ſeyendt/ vnd kein verhindernüß/ ſo ihr vernem-

vernemmen / möge zů rück ſtellen / erfunden iſt / vnnd auch nun hie für der Kirchen erſcheinen / vnnd nach Chriſtlicher ordnung in der Ehe begeren verknüpfft vnd beſtettiget zu werden / ſo wil ich den auch nach erfurdernng meines Ampts / in euwern allen gegenwertigkeiten / daſſelbige wie billig / verrichten.

Tunc accipiat annulum vel arram ab ijs, & benedicat vt ſequitur.

Benedictio arræ, ſi habeant.

Verſic. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

Reſpon. Qui fecit cælum & terram.

Ver. Sit nomē Domini benedictum.

Reſ. Ex hoc nunc & vſque in ſeculum.

Ver. Domine exaudi orationē meam.

Reſ. Et clamor meus ad te veniat.

Verſ. Dominus vobiſcum.

Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Benedic Domine has arras, quas hodie tradit famulus tuus N. in manu ancillæ tuæ, & dilectæ ſponſæ ſuæ N. quemadmodum benedixiſti Abraham cum

Sara, Iſaac cum Rebecca, Iacob cum Rachel, dona ſuper eos gratiam tuæ benedictionis, abundantiam rerum, & conſtantiam operum, floreſcant ſicut roſa in Hierico plantata, & te Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum timeant, & adorēt, in ſecula ſeculorum. Reſponſio. Amen.

Oremus.

Domine Deus, omnipotens Pater, qui in ſimilitudinem Sancti connubii, Iſaac cum Rebecca, per interceſsionem arrarum Abrahæ famuli tui, copulare iuſſiſti, vt oblatione munerum numeroſitas creſceret filiorum, quæſumus omnipotentiam tuam, vt harum oblatione arrarum, quas hodie hic famulus tuus N. dilectæ ſponſæ ſuæ N. offerre procurat, Sanctificator accedas, eoſque, cum ſuis muneribus bene ✠ dicas,

cas, quatenus tua bene ✠ dictione protecti, & vinculo tuæ liberationis connexi, gaudeant ſe feliciter cum tuis fidelibus perenniter mācipari. Per Chriſtum dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Si verò non habeant arram, ſed annulum, tunc prætermiſſā dicta benedictione, benedicatur annulus hoc modo.

Verſ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
Reſpon. Qui fecit cælum & terram.
Ver. Domine exaudi orationē meā.
Reſp. Et clamor meus ad te veniat.
Ver. Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Bene ✠ dic quæſumus Domine annulum hūc, quem nos in tuo nomine bene- ✠ dicimus, vt qui eū portauerint, in tua

 pace

pace conſiſtant, & in tua voluntate permaneant, & in tuo amore viuant, & ſeneſcant, & multiplicentur in longitudine dierum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſpon. Amen.

Oremus.

Creator & conſecrator humani generis, dator gratiæ ſpiritualis, conditor æternæ ſalutis: tu Domine emittere digneris Spiritum ſanctum Paraclétum tuum de cælis, & tuam ſanctam ✠ benedictionem, ſuper hunc annulum, vt iſti pariter ornati virtute cæleſti, tuáque protectione defenſi, benedictionis tuæ munus percipiant in vitam æternam. Per Chriſtum Dominũ noſtrũ. Reſponſio. Amen.

Et aſpergat Sacerdos aqua benedicta, ſi Parochus non interſuit ſponſalibus, faciat ſequentem interrogationem.

Ich frage dich an ſtatt deß almechtigen Gottes N. ob du mit einer andern verbunden ſeyeſt / vnd ob du daß gelübnüß irgent einer andern Jungfrauwen / oder Perſon verheiſſen / oder zugeſagt habeſt / dann allein dieſer / die da gegenwertig ſtehet / es ſey mit worten / oder mit gaben. Auff daß dieſem Sacrament der heiligen Ehe / kein hindernuß oder vnehr darauß erſcheinen / vnd alſo beſchwerung deines gewiſſens / meineydigkeit / vnnd ander vbel / Ja auch Gottes ſtraff bey vnd an euch / oder euwern erzeugten künfftigen kindern / wie leyder exempel vnd beyſpiel gnung vorhanden / erfolgen möchte.

Si ſaluam habeat conſcientiam, reſpondeat. Nein.

Si Parochus interfuit ſponſalibus ac ibi fecit dictam interrogationem, hic eam poterit omittere, & vt ſequitur, interogando proſequi. Sacerdos itaque primò appellet ſponſum inquirendo.

N. Ich frage dich an ſtatt deß almechtigen Gottes / iſt es nun dein freyer / vngedrungener will / vnd wolbedachte meinung / dieſe N. gegenwertig / nach Gottes ordenung / vnnd auffſetzung / vor dein Ehelichs Weib vnd Egemahel anzůnemmen.

Dicat. Ja.

Deinde ſimiliter alloquatur & interroget ſponſam, quæ ſit verecunda.

Ich frage dich auch N. an ſtatt deß Allmechtigen Gottes /

Gottes/iſt es nun dergleichen dein gründtliche vnd wolbedachte meinung/ ernſt/ vnnd gemüt in Chriſto/mit dieſem N. ehelich zů werden / vnnd jhn für deinen ehelichen Mann anzůnemmen?

Dicat. Ja.

Sacerdos pergat alloqui & interrogare ſponſum.

N. gedenckeſtu auch ihr hie gegenwertig trewlich fürzuſtehen/als Adam ſeiner Eua/ vnnd ſie zu lieben als dein eigen fleiſch/ nach deß Apoſtels wort/ vnnd ihr zů verſchonen/ als einem ſchwachen zeug/ wie S. Petrus ſchreibt?

Dicat Ja.

Annuentibus illis accipiat ſponſus annulum vel arram de manu Sacerdotis,& imponat in quartum digitum ( ſcilicet annularem ) manus ſponſæ,dicens.

N. mit dieſem ring / oder Gottsheller / oder Gottespfenning/vertrauwe vnnd vermehele ich dich mir. Im namen Gott deß Vatters/ deß Sohns / vnd deß heyligen geiſtes.

Poſtea iungat Sacerdos amborum dexteras,& iubeat ſpōſum dicere.

N. Ich neme dich zů meinem ehelichen Weib.

Deinde ſponſam.

N. Ich nimme dich zů meinem ehlichen Mann.

Deinde Sacerdos partē ſtolæ manibus illorum circūuoluat, & dicat.

Ideo Matrimonium per vos contractum,confirmo, ratifico,& benedico.

In

In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ ſancti. Amen.

Tandem aſpergat eos aqua benedicta: & data ſtola ad manum ſponſæ introducat eos in Eccleſiam dicens.

Dominus cuſtodiat introitum veſtrũ, & exitum veſtrum, ex hoc nunc, & vſque in ſeculum.

Deinde celebretur Miſſa.

In Miſſa autẽ (maximè cùm ſoléniores ſũt nuptiæ) dicto poſt Pater noſter. Per omnia ſecula ſeculorum, & Reſponſo Amen. Antequam dicatur Pax Domini. Sacerdos collocata hoſtia conſecrata ſuper patenã poſitam ſuper calicẽ, & cooperta corporali, vertit ſe ad ſpõſum & ſponſã corã altari genu flexos: ita quod ſponſa ſit a ſiniſtris ſponſi, & cooperit ſpatulas viri, & caput mulieris cum eodem velo, ad exemplum Rebeccæ, quæ viſo Iſaac cooperuit ſe. Gen. 24. Et de hoc habetur 30. q. 5. cap. fœminæ, & cap. Nec illud. Et dicit.

In nomine Patris, & Filii, ✠ & Spiritus ſancti. Reſponſio. Amen.

Verſi. Saluuos fac ſeruos tuos.

Reſponſio. Deus meus ſperantes in te.

Verſicul. Oſtende eis Domine miſericordiam tuam.

Reſponſio. Et ſalutare tuum da eis.

Verſic. Mitte eis auxilium de ſancto.
Reſpon. Et de Sion tuere eos.
Verſic. Domine exaudi orationē meā.
Reſp. Et clamor meus ad te veniat.
Verſ. Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Propitiare Domine ſupplicationibus noſtris: & inſtitutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinaſti, benignus aſsiſte, vt quod te authore iungitur, te auxiliante ſeruetur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus.

Quæ ſequuntur cantari poſſunt in tono Præfationis.

Per omnia ſecula ſeculorum.
Reſpon. Amen.
Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

Verſ. Surſum corda.

Reſp. Habemus ad Dominum.

Verſ. Gratias agamus domino Deo noſtro.

Rerſ. Dignum & iuſtum eſt.

Verſ. Vere dignum & iuſtum eſt, æquum & ſalutare.

Nos tibi ſemper & vbique gratias agere: Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus: Qui poteſtate virtutis tuæ de nihilo cuncta feciſti, qui diſpoſitis vniuerſitatis exordiis homini ad imaginem tuam facto, ideo inſeparabile mulieris adiutorium condidiſti: vt foemineo corpori de virili dares carne pricipium, docens vt quod ex vno placuiſset inſtitui: nunquam liceret diſiungi.

Deus qui tam excellenti myſterio coniugalem copulam conſecraſti, vt Chriſti & Eccleſiæ Sacramentum præſigna-

res in foedere nuptiarum. Deus per quem mulier iungitur viro, & ſocietas principaliter ordinata, ea bene ✠ dictione donatur, quæ nec ſola per originalis pecaati poenam, nec per diluuii eſt ablata ſententiam.

Reſpice propitius ſuper hanc famulam tuam, quæ maritali iungenda eſt conſortio: tua ſe expetit protectione muniri, ſit in ea iugnm dilectionis, & pacis; fidelis & caſta nubat in Chriſto, imitatrixque ſanctarũ permaneat foeminarũ. Sit amabilis vt Rachel viro ſuo: ſapiens vt Rebecca: longeua & fidelis vt Sara. Nihil in ea ex actibus ſuis ille auctor præuaricationis vſurpet: nexa fide, mandatisque permaneat. Vni thoro iuncta: contactúsque illicitos fugiat, muniat infirmitatẽ tuã robore diſciplinæ. Sit verecundia grauis: pudore venerabilis: doc-

tri-

trinis cæleſtibus erudita: Sit foecunda ſobole: Sit proba & innocens: & ad beatorum requiem, atque ad cæleſtia regna perueniat. Et videat filios filiorum ſuorum vſque in tertiam, & quartam generationem, & ad optatam perueniat ſenectutem.

*Hic Sacerdos mutet vocem, ſi præfationem cantauit, & dicat planè, ita vt ab aſtantibus audiri poſsit.*

Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

*Poſtea dicat in tono lectionis.*

## Oratio.

Oremus omnipotentem Deum, qui ad multiplicandam humani generis prolem bene ✠ dictionis ſuæ gratiam largiri digna-

gnatus eſt, fratres chariſsimi, & deprecemur vt hos famulos tuos N. & N. quos ad coniugalem copulam ipſe præelegit, ipſe cuſtodiat. Reſp. Amen.

Det eis ſenſus pacificos, pares animos, mores mutuos, charitate coniunctos. Reſpon. Amen.

Habeant quoque optatas ſuo munere ſoboles, quas ſicut donum ipſius tribuit, ita bene ✠ dictionem conſequantur, vt hi famuli tui in omni eidem cordis humilitate deſeruiant, à quo ſe redemptos ac dicatos eſſe non dubitant. Per Chriſtum dominum noſtrum Amen.

Quibus peractis Sacerdos ad altare conuerſus, dicit,

Pax Domini.

Poſtea datur pax ſponſo & ſponſæ, & Miſſa finitur.

Com-

Completa vero miſſa accedant ſponſus & ſponſa ad altare & ante illud prouoluantur genibus flexis: Sacerdos interim benedicat panem, & vinum, dicens.

Oremus.

Benedic Domine creturam iſtam panis & uini, ſicut benedixiſti quinque panes in deſerto, vt omnes guſtantes ex ea tam animæ, quam corporis recipiant ſanitatem Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen

Deinde in altari frangat panem & det vnam partem ſponſo, & aliam ſponſæ: ſic etiam de Vino: deinde benedicat eos Sacerdos, ſi ſunt benedicendi, vt ſequitur, vel precetur ſuper eos, &c.

## BENEDICTIO SPONSI ET SPONSÆ.

Notantum, Secundas nuptias non eſſe benedicendas, ſub pæna ſuſpenſionis ab officio, & beneficio, de quo vide Inſtructiones de ſecundis nuptijs.

Sacerdos adhuc indutus veſtibus ſacerdotalibus facie verſa ad ſponſum & ſponſam, dicat.

Pſal.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

## Pſalm. 127

Beati omes qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit.

Vxor tua ſicut vitis abundans lateribus domus tuæ.

Filii tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicetur homo qui timet Dominum.

Benedicat tibi dominus ex Sion, & videas bona Hieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Vt videas filios filiorum tuorum, pacem ſuper Iſrahel.

Gloria Patri, &, filio & ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Kyrie

Kyrieeleyſon. Chriſteeleyſon.
Kyrieeleyſon. Pater noſter.
Ver. Et ne nos inducas in tentationẽ
Reſ. Sed libera nos à malo.
Verſ. Manda Deus virtuti tuæ.
Reſpon. Confirma hoc quod operatus es in eis.
Verſicu. Saluum fac ſeruum tuum, & ancillam tuam.
Reſpon Deus meus ſperantes in te.
Verſic. Mitte eis auxilium de ſancto.
Reſpon Et de Sion in tuêre eos.
Verſicu. Domine exaudi &c.
Reſpon. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Oratio.

Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, bene ✠ dic adoleſcentes iſtos, & ſemina ſemen vitæ æternæ in mentibus eorum vt quicquid pro vtiltate didicerunt,

runt, hoc facere cupiant. Per Chriſtum Dominum noſtrum &c. Reſp. Amen.

## Oratio.

Bene ✠ dic & reſpice de cælis ſuper hãc coniunctionẽ, vt ſicut miſiſti ſanctum angelum tuum Raphaelem pacificum ad Tobiam & Saram filiam Raguelis: ita digneris domine mittere benedictionem tuam, ſuper hos adoleſcentes, vt in tua benedictione permaneant, in tua voluntate per ſiſtant, & in tuo amore viuant. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

## Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui primos parentes noſtros, Adam & Euam, ſua virtute creauit, & in ſocietate ſanctam copulauit, ipſe corda

& corpora veſtra ſanctificet, & bene ✠ dicat, atque in ſocietate, & amore veræ dilectionis couiungat. Per Chriſtum dominum noſtrum. Reſponſio. Amen.

Impleat vos Chriſtus benedictione Spirituali, in remiſsionem peccatorum, vt habeatis vitam æternam, & viuatis in ſecula ſeculorum. Reſponſio. Amen.

Et benedictio Dei ✠ Patris omnipotentis, & ✠ Filii, & Spiritus ✠ ſancti, deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. Reſpon. Amen.

Deinde eleuatis manibus, & extenſis ſuper capita eorum dicat primò.

Dominus Deus omnipotens benedicat vos, ipſe vos coniungat, impleátque benedictionem ſuam in vobis, & videatis filios filiorum veſtrorum, vſque in tertiam & quartam generationem,

onem, & progeniem, & ad optatam perueniatis ſenectutem. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Pro libitu ſuo Sacerdos dicat ex ſequetinbus orationibus quot & quas voluerit.

Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob ipſe ſit vobiſcum, & ipſe vos coniungat, impleátque bene ✠ dictionem ſuam in vobis. Amen.

Benedicat vos omnipotens Deus oris ſui eloquio, & cor veſtrum ſynceri amoris copulet nexu perpetuo. Reſp. Amen.

Floreatis rerum præſentium copiis, fructificetis decēter in filiis, gaudeatis perenniter cum fidelibus amicis. Amen.

Ipſe qui vnum trinúmque poſſidet nomen, & gloriatur Deus benedicat vos in ſecula ſeculorum. Reſp. Amen.

Quod vobis præſtare dignetur, cui eſt ho-

honor, & imperium in ſecula ſeculorũ.
℟eſpon. Amen.

Poſtea Sacerdos dicat Euangelium ſecundum Ioannem cap. 1.

In principio erat verbum, &c.

Finito Euangelio det librum deoſculandum vtriſque, & dicat.

Ambulate in pace.

PRAECATIO IN NVPTIIS BIGAMORVM.

Si autem ſunt Bigami ambo, vel ſaltem ſponſa non fuerit virgo notoriè: non curãdo de ſponſo an fuerit virgo, ſiue non, tunc dicatur, vt ſequitur.

## Pſal. CXXVII

Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.

Filii tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicetur homo qui ti-

met

met dominum.
Benedicat tibi Dominus ex Sion, & videas bona Hieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.
Vt videas filios filiorum tuorum, & pacem ſuper Iſrael.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſãcto.
Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.
Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon.
Kyrie eleyſon. Pater noſter.
Ver. Et ne nos inducas in tentationẽ.
Reſ. Sed libera nos à malo.
Verſ. Manda Deus virtuti tuæ.
Reſpon. Confirma hoc quod operatus es in eis.
Verſicu. Saluum fac ſeruum tuum, & ancillam tuam.
Reſpon. Deus meus ſperantes in te.
Verſic. Mitte eis auxilium de ſancto.
Reſpon. Et de Syon tuêre eos.

Verſicul. Domine exaudi orationem meam.
Reſpon Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

Præte de quæſumus Domine fidelibus tuis dexteram cæleſtis auxilii, vt te toto corde perquirant, & quæ digne poſtulant, aſſequantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

# INSTRVCTIO DE SACRAMENTO MATRIMONIJ.

## Quid ſit Matrimonium.

MAtrimonium eſt Sacramentum in quo eſt legitima viri fæminæq; coniunctio ad conſuetudinem vitæ indiuiduam, diuinitùs inſtituta.

## Materia.

MAteriæ loco ſunt, vir & fæmina, qui matrimonium contrahunt, ſicut in reliquis contractibus materiam dicimus, de quo fit contractus, vt cùm domus emitur, emptionis materia eſt domus. Ita, quia in contractu matrimonij, vir & fęmina tradunt inter ſe mutuam corporum poteſtatem, ipſi contrahentes & Sacramentum matrimonij contrahunt, & materia ſunt Sacramenti.

## Forma.

FOrma conſiſtit in verbis vel alijs ſignis quæ ſignificant & declarant conſenſum mutuum & præſentem. Nam verba & ſigna quæ declarant tempus futurum, ad Sponſalia, in quibus ſpondetur & promittitur matrimonium, pertinent, non autem efficiunt præſentis matrimonij contractum.

## De clandeſtino Matrimonii contractu abrogato.

1. Conſenſus mutuus verbis præſentis temporis, vel alijs ſignis expreſsis, vt habeat vim inter perſonas alioqui legitimas contrahēdi matrimonij, neceſſe eſt vt declaretur, præſente paſtore vel alio Sacerdote, de ipſius paſtoris vel Epiſcopi ordinarij licentia, & duobus vel tribus teſtibus. Nam omnis alius contractus, quantumuis libero vtrinque, viri & fœminæ, conſenſu, etiam per verba, vt vocant, de præſenti initus, cui vel Sacerdos ſine dicto teſtium numero vel dictus teſtium numerus, ſine paſtore, vel alio Sacerdote, vt dictum eſt, præſens non fuerit, irritus eſt, & nullam vim matrimonij habet, atq; ſic iudicandum eſſe ab omnibus eccleſia mandat. Concil. Trid. ſeſs 24. De Reformat. Matrim.

2. Paſtor coniugum nomina & teſtium, diemq́; & locum contracti matrimonij, in libro quem diligenter cuſtodiat, deſcribat.

3. Coniuges, ante benedictionem Sacerdotalem in templo ſuſcipiendam, in eadem domo non cohabitent.

4. Eccleſia ſtatuit benedictionem à proprio paſtore fieri, neque à quoquam niſi ab ipſo paſtore, vel ab Epiſcopo, licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alio Sacerdoti concedi poſſe, quacunque conſuetudine, aut priuilegio non obſtante.

## Effectus & fructus huius Sacramenti ſpirituales.

SIgnificat coniunctionem Chriſti cum eccleſia, & ex vi & virtute illius ſignificationis, confert quoque gratiam coniugibus, ſanctè & cum timore Dei, matrimonium contrahentibus ad dignè, & ſanctè matrimonio vtendum, ne videlicet libidini frena laxentur, ad fidem perpetuò, & mutuò ſeruandam, caſtitatemq́ue coniugalem, ad mutuam dilectionem, ad prolem Chriſto educandam, ad tribulationem

carnis

carnis, vt ait Apoſtolus, hoc eſt, multa matrimonij onera leuius, & 1. Cor. 7.
facilius ferenda, ad perpetuam cõiugalis vinculi indiſſolubilitatem
retinendam. Denique ad vas ſuum in honore, & ſanctificatione, non 1. Theſ. 4.
in paſsione deſiderij poſsidendum, vt ſit honorabile connubium, Hebr. 13.
torus immaculatus. Nam, vt ait Angelus Raphael apud Tobiam: Tob. 6.
Super eos qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe, & ſua mente
excludant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus, quibus non
eſt intellectus, Dæmonium habet poteſtatem.

## Matrimonii vinculum indiſsolubile eſt inter Christianos.

PRopter Dei inſtitutionem. Nam quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. Mat. 19. 1.

Propter Sacramenti rationem, hoc eſt, propter ſignificationem coniunctionis Chriſti cum eccleſia, quæ perpetua eſt. Sic ergò matrimonium conſummatum, quo perfectè ſignificatur coniunctio Chriſti cum natura humana, & eccleſia, nullo modo ſoluitur. 2. Epheſ. 5.

Matrimonium non conſummatum, per alterius profeſsionem in religione ſoluitur, vt in ſeculo remanens, liberè cum alio contrahere poſsit. Non autem per ſuſceptionem ordinis. 3.

## COHABITATIO ET DOMESTICA TORI'QVE CONSVETVDO, remanente vinculo coniugali, ſeparari poteſt, & diuortium fieri.

PER alterius adulterium ſiue fornicationem, vt ait Dominus in Euangelio. Separatio hæc non niſi publico eccleſiæ iudicio fieri debet, ideo in occulto adulterio, quod probari non poteſt, locum non habet. Matt. 19.

## Quis poſsit contrahere Matrimonium.

QVilibet qui eſt iuſtę ętatis, ſanus ingenio, hoc eſt, qui poteſt conſentire in coniugalem effectum, & officium matrimoniale exercere, lege non prohibitus.

AEtas legitima in mare eſt 14. annorum expletorum. In fæmina 12. Ita vt ſi contrahant antè, non ſit iudicandum matrimonium, ſed

ſponſalia, iuris interpretatione, niſi eſſent proximi pubertati,& malitia ſuppleret ætatem.

Sanitas ingenij requiritur, vndè furioſus, niſi habeat lucida interualla, contrahere non poteſt, quia nec conſentire. Qui autem impediantur lege, ex ſequentibus patebit.

## Quot & quæ ſint impedimenta.

IMpedimenta ſunt duplicia. Quædam enim impediunt & dirimunt ſiue irritum reddunt matrimonium, ita vt nullum ſit. Alia impediunt ita vt ſine peccato contrahi non poſsit, ſi tamen contrahatur tenet,& non dimittitur.

## Impedimenta quæ dirimunt, his verſibus ſunt compræhenſa.

ERror, conditio, votum, cognatio, crimen
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas,
Si vis affinis, ſi forte coire nequibis
Hæc ſocianda vetant connubia, facta retractant.

## De impedimento erroris

ERror eſt duplex, Perſonæ & qualitatis: Perſonæ, vt exiſtimans ſe contrahere cum filia, contrahit cum matre. Hic error facit, vt matrimonium ſic contractum, ſit nullum, quia hìc deeſt conſenſus. Nam qui errat non conſentit.

Error qualitatis, vt, ſi de paupere credatur quod ſit diues, aut de ignobili, quòd ſit nobilis, vel de corrupta, quòd ſit virgo, aut de mala, quòd ſit bona. Et huiuſmodi error non impedit matrimonium.

## De impedimento conditionis.

COnditio refertur ad ſeruitutem & libertatem. Error ergo huius conditionis impedit,& dirimit matrimonium.

## De voto.

INtelligitur de voto continentię ſiue caſtitatis ſolẽnis. Votũ autem ſolenne fit per ſuſceptionem ordinis ſacri, vt Subdiaconatus, Diaconatus, vel presbyteratus, vel per profeſsionem factam in aliqua religione approbata.

## De cognatione.

Cognatio eſt triplex, Carnalis, Spiritualis, & Legalis.

## De carnali, quæ dicitur conſanguinitas.

TRES ſunt lineæ in gradibus conſanguinitatis. Prima deſcendentium, vt Pater, filius, nepos, pronepos, &c. Secunda aſcendentium, vt filius, pater, auus, proauus. In his duabus lineis impedimentum eſt perpetuum, quia ſi viuerent, ſemper illa reuerentia maneret. Tertia linea dicitur tranſuerſalis, ſiue collateralis, quæ inde oritur, quòd plures propagentur ab vno. Quare cõputari debent gradus per comparationem ad vnum commune principium, ſiue ſtipitem à quo ducunt originem. In hac linea tranſuerſali matrimonia prohibentur, vſque ad quartum gradum incluſiuè, pro cuius notitia ſequentes notentur regulæ.

Quoto gradu perſonę diſtant à communi ſtipite, eodem gradu diſtant inter ſe, vt duo fratres ſunt in primo gradu, quia à patre, qui eſt commune principium, ſiue ſtipes, diſtant vno tantùm gradu.

Quando duę perſonæ inæqualiter diſtant à communi ſtipite, quoto gradu diſtat remotior à ſtipite, eodem gradu diſtant inter ſe. Vt patruus diſtat à filio fratris ſecundo gradu, quia licet patruus diſtet ab auo communi ſcilicet ſtipite, tantùm vno gradu, filius tamen fratris ab eodem diſtat duobus gradibus.

In linea quot ſunt perſonę, tot ſunt gradus vna dempta, quia vna perſona ſola non facit gradum propinquitatis. Nullus enim ſibi propinquus eſt, ſed alteri. Ad tranſeundum ergò gradus prohibitos, ſex perſonæ requiruntur, quæ quintum gradum conſtituunt in quo licet contrahere.

## De ſpirituali.

SPiritualis cognatio contrahitur in Sacramento baptiſmi, & confirmationis, in quo ſunt duæ lineæ matrimonium impedientes, & dirimentes.

Prima vocatur Paternitas, inter illum qui baptizat ſiue ſuſcipit, & illum qui baptizatur, ſiue ſuſcipitur. Vterque enim dicitur ſpiritualis pater, & eadem eſt ratio inter tenentem, & confirmatum.

Secunda vocatur compaternitas, quaſi communis paternitas, quia vterque parens eſt, vnus ſpiritualis, alter carnalis, & hæc eſt inter

ſuſcipientem, ſiue baptizantem, & inter parentes baptizati. Inter hos prohibetur matrimonium.

Tertia linea, quę vocabatur cőfraternitas, & erat inter ſuſceptum & filios ſuſceptoris, à qua dicebantur fratres, & ſorores ſpirituales, ſublata eſt per Concil. Trident. Et hoc impedimentum, ſicut & alia, intelligendum eſt, Si præcedat matrimonium contrahendum. Nam verum matrimonium legitimè contractum, nullo ſequente vel ſuperueniente impedimento dirimi, aut ſeparari poteſt.

Quando quis baptizatur in domo ob neceſsitatem, contrahitur cognatio ſpiritualis, non autem poſtea, quando portatur ad eccleſiam & fiunt ſolemnitates.

In Concil. Trident. vt vitentur iſta impedimenta ſtatutum eſt, vt vnus tantùm ſiue vir, ſiue mulier, vel ad ſummum vnus & vna, baptizatum ſuſcipiant, vt ſuprà in inſtructione de baptiſmo dictum eſt.

In eodem Conci. Trident. conſtituitur, vt ſi quis intra gradus prohibitos ſcienter matrimonium contrahere præſumpſerit, ſeparetur, & ſpe diſpenſationis conſequendæ, careat, idque multò magis ſi matrimonium non tantùm contrahere, ſed etiam cőſummare auſus fuerit. Quod ſi ignoranter id fecerit, ſiquidem ſolemnitates requiſitas, & ſupra deſcriptas in contrahendo neglexerit, eiſdem ſubijciatur pœnis. Si verò ſolẽnitatibus adhibitis impedimentum aliquod poſtea ſubeſſe cognoſcatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit tunc facilius cum eo, & gratis diſpenſari poterit.

# Lineæ




Rubra abro

Vrbanus Secun
marito in bapt
ctoritate reperi
tis ab omni labe
nimus, vt vtri

BREVIVS P
tione

Linea 1. Paternitas. { Inter B
bapti za
vel bap
firmant }




mati
tiat t
carc
tum
vel p
dict
F
ſtatu
quan

# Gradus conſanguinitatis, ſiue cognationis carnalis.



# Lineæ cognationis ſpiritualis.




Rubra abrogat Concil. Trident. Seſsion. 24. De reformat. Matrimonij capite 2.

Vrbanus Secundus 30. q. 4. cap. Quod autem. Quod autem vxor cum marito in baptiſmate ſimul non debeat ſuſcipere puerum, nulla auctoritate reperitur prohibitum: Sed vt puritas ſpiritualis paternitatis ab omni labe, & infamia conſeruetur immunis: dignum eſſe decernimus, vt vtrique in ſimul ad hoc ſpirare minimè præſumant, & cæt.

## BREVIVS PROHIBITI CASVS IN COGNAtione Spirituali, ſecundum Concil. Trident.

Linea 1. Paternitas. { Inter Baptizatum vel baptizatam, & leuantes vel baptizantes, aut cōfirmantes. } Linea 2. Compaternitas. { Inter { Leuantes & parentes leuati.

# Affinitatis gradus.



## cognationis ſpiritualis.




gat Concil. Trident. Seſsion. 24. De reformat. Matrimonij capite 2.

dus 30. q. 4. cap. Quod autem. Quod autem vxor cum
iſmate ſimul non debeat ſuſcipere puerum, nulla au-
tur prohibitum: Sed vt puritas ſpiritualis paternita-
, & infamia conſeruetur immunis: dignum eſſe decer-
que in ſimul ad hoc ſpirare minimè præſumant, & cæt.

ROHIBITI CASVS IN COGNA-
Spirituali, ſecundum Concil. Trident.

aptizatum vel
tam, & leuantes
tizantes, aut cō-
es.
Linea 2. Compaternitas. Inter Leuantes & parentes leuati.

## Affinitatis gradus.



# COGNATIO LEGALIS QVAE EX ADOPTIONE NASCITVR QVIA rarò incidit prætermittenda eſt.

## De crimine.

CRimen quod matrimonium contrahendum impedit, & contractum dirimit, duplex eſt: Homicidij, & Adulterij, nō cuiuſcunq; ſed in quatuor ſequentibus caſibus.

Quando alter coniugum procurat alterum occidere per tertiam perſonam, tunc alter coniugum remanens, non poteſt cum illa perſona contrahere matrimonium in perpetuum. 1.

Ex homicidio coniuncto adulterio. 2.

Ex adulterio, cui adiungitur fides de contrahendo matrimonio, poſt mortem alterius. 3.

Si non ſolùm fides de contrahendo matrimonio detur adultero, ſed etiam de facto contrahatur cum adultero matrimonium. 4.

## De diſparitate cultus.

DIſparitas cultus ſiue religionis, intelligitur inter baptizatum & non baptizatum, inter quos non poteſt eſſe matrimonium, cum ſine baptiſmo nullum queat recipi ſacramentum: Quando verò vterque eſt baptizatus, etiamſi ſint hæretici, apoſtatæ, excommunicati, non dirimitur matrimonium contractum, licet grauiter peccent, contrahendo.

## De vi ſiue violentia

VIS ſiue violentia impedit & dirimit matrimonium, ſiue ſit abſoluta, vt coactio, ſiue per metum cadentem in conſtantem virum: Qui eſt quadruplex, vt ſignificatur hoc verſu,

Stupri, ſiue Status, (.i. ſeruitutis) Verberis atq; Necis.

Talis enim vis tollit liberum conſenſum ſine quo non poteſt eſſe matrimonium. quod eccleſia vult eſſe liberum. Si quis ergò conſentiat timore ſtupri, mortis intentatæ, vel verberum, vinculorum, aut carceris, nullum eſt matrimonium niſi poſtea tacitè conſentiat, & ratum habeat, alioqui non eſt ratum, etiamſi confirmaſſet iuramento, vel permiſiſſet ſe cognoſci carnaliter, ſi de nouo non conſentiat, vt dictum eſt.

Propter libertatem matrimoniorum eſt quoq; à Concil. Trident. ſtatutum, ne inter raptorem & raptam poſsit cōſiſtere matrimonium quandiu ipſa manſerit in raptoris poteſtate.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# De Sacramento

Quod ſi rapta, à raptore ſeparata, & in loco tuto & libero conſtituta, illum in virum habere conſenſerit, eam raptor in vxorem habeat, & nihilominùs raptor ac omnes illi conſilium, auxilium & fauorem præbentes, ſunt ipſo iure excommunicati, & perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces, &, ſi Clerici fuerint, de proprio gradu decidunt.

Tenetur etiam raptor mulierem raptam, ſiue in vxorem duxerit, ſiue non, decenter arbitrio iudicis, dotare.

## De ordine.

INtellige de ordine Sacro. Promoti enim ad maiores ordines Sacros, propter votum ſolemne continentiæ annexum, non poſſunt contrahere, & ſi contrahunt, non tenet.

## De ligamine.

LIgamen eſt, quando quis, vel qua, eſt alligatus, vel alligata alteri, vinculo matrimoniali.

Dubitans de morte coniugis non ſatis eſt, ſi expectet per quinquennium, ſed expectare debet certitudinem mortis eius. Et certum dicitur, quod per violentas præſumptiones habetur, vt quia in acie fuit, & alijs redeuntibus ipſe non venit, vel quia per amicorum literas conſtat.

## De publica honeſtate.

IN Concil. Trident. declaratum eſt hoc impedimentum. Vbi ſponſalia, quacunque ratione valida non fuerint, abrogatum eſſe & penitus ſublatum. Vbi autem valida fuerint primum gradum non excedere, quod in vlterioribus gradibus non poſsit abſque diſpendio obſeruari.

## De affinitate.

AFfinitas eſt propinquitas perſonarum, omni carens parentela, proueniens ex copula carnali, etiam fornicaria.

Omnes conſanguinei vxoris efficiuntur affines marito, & omnes conſanguinei mariti, fiunt affines vxori in eodem gradu, quo erant cóſanguinitate iuncti & frater vxoris eſt in primo affinitatis marito.

Affinitas impedire ſolet & dirimere matrimonium vſq; ad quartum gradum. Sed Conc. Trident. impedimentum quod propter affinitatem ex fornicatione contractam, inducitur, ad eos tantum reſtringit, qui primo & ſecundo gradu coniunguntur.

Si affinitas præcedat matrimonium impedit & dirimit, non autem ſi ſequatur.

## De impotentia coeundi.

HAEc quia aduerſatur naturæ matrimonij in quo traditur mutua corporum poteſtas ad procreationem, & fornicationis vitationem, ſi præcedat, & eſt perpetua, ſiue ſit naturalis, ſiue accidentalis, nempe per maleficium, vel caſtrationem, impedit matrimonium cõtrahendum, & dirimit contractum.

## DE IMPEDIMENTIS QVAE IMPEDIVNT NE SINE peccato poſsit contrahi matrimonium, non tamen dirimunt contractum.

INterdictum Eccleſiæ, vt quando aliquis prohibetur ac Epiſcopo vel paſtore cõtrahere matrimonium propter aliquã cauſam probabilem, vt quia dicitur fortaſsis conſanguinea, vel deſponſata alteri, & donec certò conſtet an ſit aliquod obſtaculum, tunc enim ſi cõtrahat, peccat mortaliter, propter inobedientiam. Matrimonium tamen, niſi ſit aliud impedimentum, eſt ratum. 1.

Propter hanc cauſam fiunt proclamationes, & adhibentur aliæ ſolemnitates.

Tempus feriarum quo prohibetur traductio ſponſæ, & nuptiarum ſolemnitas, non autem ſponſalia, aut cõtractus matrimonij, quod ſolo conſenſu fit. Nunc in Concil. Trident. reſtringitur hoc pacto, ab aduentu Domini vſque in diem Epiphaniæ. Et à feria 4. cinerum vſque ad 8. paſchæ incluſiuè. In alijs verò temporibus nuptię ſolenniter celebrari permittuntur. 2.

Votum ſimplex caſtitatis, contrahens. n. matrimonium & violãs fidem Deo datam, peccat mortaliter, nec petere debitum, ſed reddere petenti poteſt, & ſi moriatur vxor, aliam accipere non debet, vt vel tunc ſoluat quod vouit. Tutius tamen eſt in prædictis petere diſpenſationem propter periculum. 4.

Sponſalia. Qui enim alteri promiſit fidem pecca' frangẽdo eam, & contrahendo cum altera, niſi in caſu, in quo ſponſalia ſine peccato abſoluuntur. 5.

Admonet etiã Cõcil. Trid. ne homines vagi & qui incertas habent ſedes facilè ad matrimoniũ admittãtur, néue paſtores illorũ matrimonijs interſint, niſi priùs diligentẽ inquiſitionẽ fecerint, & ab Epiſcopo licentiam id faciendi obtinuerint. Itém ſi quos habeant ſub Vbi ſupra.

ſua parochia concubinarios ſiue vxoratos, ſiue ſolutos, eos paſtores diligenter Epiſcopo denunciandos curabunt.

## De benedictione ſecundarũ nuptiarũ.

NVptiæ ſecundæ ex parte amborum non ſunt benedicendæ.

Ex parte viri tantùm, vt cùm viduus accipit virginem, benedicuntur.

Ex parte vxoris tantùm, vt cùm iuuenis contrahit cum vidua, non benedicuntur.

Sponſa, quam conſtat non eſſe virginem, non debet benedici.

Sacerdos benedicens nuptias, quas non debet, grauiter peccat, & eſt puniendus. C.1. de Secundis Nupt.

## ORDO AD INTRODVCENDVM PVERPERAS POST PARTVM.

Sacerdos veniens ante Eccleſiam, aſpergens mulierem aqua benedicta, dicat.

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. Qui fecit cælum & terram. Sit nomen Domini benedictum. Ex hoc nunc & vſque in ſeculum.

Pſal. CXX.

Leuaui oculos meos in mõtes, vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meũ à domino, qui fecit cælum & terram.

Nõ det in cõmotionem pedem tuum, neque dormitet qui cuſtodit te.

Ecce

Ecce non dormitabit neque dormiet qui cuſtodit Iſrael.

Dominus, cuſtodit te dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam.

Per diem ſol non vret te, neque luna per noctem.

Dominus cuſtodit te ab omni malo, cuſtodiat animam tuam Dominus.

Dominus cuſtodiat introitũ tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & vſque in ſeculum.

Gloria patri &c. Sicut erat. Kyrieeleyſon. Chriſteeleyſou. Kyrieeleyſon.

Pater noſter. Et ne nos induc. Sed lib.

Verſic. Domine ſaluam fac ancillam tuam. Deus meus ſperantem in te.

Mitte ei auxilium de ſancto. Et de Sion tuere eam.

Eſto ei domine turris fortitudinis.

A facie inimici.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiſcum.

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, Maieſtatem tuam ſupplices exoramus, vt ſicut vnigenitus tuus cum noſtræ carnis ſubſtantia in templo eſt præſentatus, ita facias hanc famulam purificatam tibi mente præſentari. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Deinde ſtatim porrigendo ſtolam puerperæ, introducat eam dicens.

Dominus cuſtodiat introitum & exitum tuum, ex hoc nunc & vſque in ſeculum.

Veniens ad altare, legat euangelium S. Ioannis.

In principio erat verb. &c.

Deinde det ei librum ad oſculandum & dicat.

Per hæc ſancta Euangelica dicta deleantur vniuerſa tua crimina & delicta.

Oremus.

Benedictio Dei Pa✠tris & Fi✠lii & Spiritus ✠ſancti, deſcendat ſuper vos & maneat ſemper.

Amen.

# QVÆ DOCERE DEBEAT PAROCHVS.

## De Synodalibus.

PRimò omnium docendi ſunt Synodales, quos ita vocamus, ex maiorum noſtrorum traditione, quod in Parochiali Synodo ceu Scabini Eccleſiarum Parochialiũ, & præcipui ſunt poſt Paſtorem fidelitatis & iuramento Eccleſiæ addicti, quidque operam dent vt decreta Synodalium à populo ſeruentur.

Curent Paſtores primò, vt Synodales bene intelligãt officiũ ſuum, quod duabus partibus conſtat, quarum vna verſatur circa externa & temporalia bona atque Eccleſiæ iura: altera verò, circa ſpiritualia, & morum religioſam diſciplinam.

## De priori parte officii Synodalium.

Ad Synodales ſpectat, vnà cum Paſtore procura-

Primò, vt redditus atque prouẽtus Eccleſiarum, Confraternitatũ, fabricarum benè colligantur, conſcribantur, cuſtodiantur (idque per magiſtros fabricæ, quorum alterum eſſe ſemper Synodalem expediret, alterum honeſtum aliquem Parochianum) de quibus quotannis, dum ratio redditur ordinarij locum tenenti, etiam ipſi intererunt, & ſoli dicere poterũt, & debebunt, ſi quid iniquitatis habeat cõputatio.

Secundò, ad ipſos ſpectat quoq; cauere ne quid alienetur, oppigneretur, diuendatur ex his, quæ ad Eccleſiam quomodolibet ſpectant.

Tertiò, ipſorũ eſt procurare vt fabrica tẽpli, cœmeteriũ & domus paſtoralis in tectis & muris conſeruetur, per illos, quibus hoc ſecundum canones, & noſtræ diœceſis ſtatuta atque conſuetudines conuenit, vtque nihil indignum ſacris locis fiat, quare ad arcendum pecora repurgandæ crates cœmeteriorum, in quibus etiam nullus homo ædificare, ſine Epiſcopi licentia in ſcriptis obtenta, audeat.

## De poſteriori parte officii Synodaliũ.

AD hanc ſpectat diuini honoris & Chriſtianæ vitæ conſeruatio & incrementum, quare Synodales debẽt eſſe Catholica fide & charitate, zeloque ad tuendum Dei cultum, Eccleſiaſticamque à maioribus traditam diſciplinam, adeo inſignes, vt reliquis Parochianis vitę exemplo præire valeant, obſeruentque illos, qui vel contra Dei mandata, aut Catholicæ Eccleſiæ approbatas conſuetudines & leges, vel ſtatuta Synodalia cum aliorum ſcandalo publicè aliquid committũt ad quos etiam per Eccleſiaſticum magiſtratum, debita charitate adiuuandos ſemper paratos & promptos eos eſſe oportebit,

Ex his

Ex his patet quanta ſit dignitas huins officij, quo maiores noſtri voluerunt etiam Laicos fieri cooperatores veritatis, & inſpectores rerum ac diſciplinarum Eccleſiaſticarum.

Quando ante nuptiarum ſolennem contractum proclamationes ſiue ternæ denunciationes à Parocho fiunt, tunc ſynodales præcipuè, qui ſciunt, aut ab alijs Parochianis eſſe intelligũt matrimonij inchoati Canonica impedimenta, Paſtori indicabunt, ne cum Dei & Eccleſiæ offenſione & animarum contrahentium detrimẽto, matrimonium celebretur.

## Quomodo conſtituantur Synodales.

Vbi nulli ſunt, ab Archidiacono vel Decano rurali inſtitui poſſunt.

Electi à ſenioribus Scabinis, ſecundum pluralitatem votorum, ex Parochianis probatiſsimæ vitę & catholicę religionis, qui etiam nulla infamia vnquam notati fuerunt, iurant in præſentia Parochianorum, aut ſaltem reliquorum Synodalium, ante altare, genibus flexis, accenſis candelis, poſtquam publicè, pro conſuetudine tamen loci, lauerint manus infra poſitum iuramentum, paſtore vel Decano rurali (qui ſuperpelliceo debet eſſe indutus) verbis præeunte.

### IVRAMENTVM SYNODALIVM IN ARCHIEpiſcopatu Treuirenſi.

ICH verheiſſe/ vnd gelobe von heut an biſs
zů endt meines lebens/ Gott von himel/
Marien ſeiner lieber Můtter/ allen leiben
Gottes heiligen. N. Patronen dieſes ge-
genwirtigen Gottshaus Sant. N. den ſender ſtulle
den ich heut zutage ahn mich nehme/ recht fromlich/
vnd ehrlich zuhalten/ vnnd nicht anders dan einem
frommen ſiender zuſtehet vnnd gebürt/ nach allem
meinem vermůgen vnd verſtandt: So gelobe ich vn-
ſerm allerheiligſten vatter vnd Chriſti Jeſu hoeh-
eſten ſtadthalter dem Bapſt vnnd Roemiſchen Biſ-
choff allen ſeinen Cardinalen vnd biſchoffen/ in ſon-
derheit aber vnſerm genedigſtẽ hern Ertzbiſchoffen
zu Trier vnnd Churfurſten/ darnach vnſerem wir-

# De Synodalibus.

digſten hern dē Chorbiſchoff/Lādtdechant/vnſerem paſtor vnd kirchhern/allen ihren befelichhabern vnd nach khommenden vnderthenige gehorſamkeit. So gelobe ich auch d' kirche wollfarendē nutz zu pröfen/ vnd getrewe zu ſein. ihre alte herkōmen ahn gulten/ renthen/zinſen/gütern/zehenden/ vnd wiedēhoffen zu weiſen vnd darbei helffen hādthaben/wie von alters daſſelbig herkhom̄en/vnnd recht iſt/ ſonder alle gefhar/argliſt vnd betrug. So gelobe ich auch zur zeit des heiligen ſiendes/ furzubringen vnd zu roegen/ was wider Gott/ vnd die Mütter die heilige Chriſtliche kirch/den heiligen glauben/ vnd die zehen gebott Gottes gethan wirdt/einē als den anderen/niemādt zu liebe noch zu leidt/ vnd wil das nicht laſsen weder vmb gelt noch gutt/freundtſchafft noch mageſchafft/ Jha noch einiger ſachen willen/ welche die warheit hindern mag/ dā wie es ehrlich/geburlich/ friedlich vnd recht iſt/ vnd darbei einen heimlichen raht meines Eidtsgenoſsen/ noch meines kirchherrē nicht zu melden ahn keinem orth. Alle dieſe ding verheiſch vñ gelobe ich in krefftigen vnnd feſten Eidts ſtadtzuhalten/ nachzukhōmen vnnd zu geleben/ſo wahr als mir Gott helffe/ vnnd Maria ſeine gebenedeite Mütter/ vnd alle Gottesheiligen/vnnd der heilige N. patron dieſes Gottshaus AMEN.

## NOTA.

1. Quod poſt iuramentū præſtitum debeant oſculari crucem miſſalis, & à Sacerdote benedici, qui poſſet populum breuiter exhortari, vt electos atq; iuratos hos Dei & Eccleſiæ miniſtros in veneratione habeant.

2. Quod illi ſemetipſos produ̅t parum eſſe diſciplinę Matris Eccleſiæ atq; diuini cultus amantes, qui electi aut vocati inuiti ſuſcipiūt, aut quod turpius, proterue reſpuūt hoc ſanctum miniſterium, imo ſe omni ho-

ni honore indignos declarant, Cùm ſcriptum ſit: Quicunq; honorificauerit me, glorificabo eum, qui autē cōtemnunt me, erūt ignobiles. 1. Reg. 2.

Quod non ſolū per mortē, ſed etiam per migrationē in aliā Parochiā, quis defungitur officio hoc, Nō enim alterius Parochiæ factus, rerum diſciplinęq; prioris Parochiæ curā habere poteſt, quare poſt mortem & migrationem alij relicti nouum eligant Synodalem. 3.

## QVAESTIONES SYNODALIVM.

Ob die heilige kirch vnnd kirchoff ſtehent in aller freiheit vnd herligkeit / als auff den erſten da ſei geweihet iſt worden. 1.

Ob die in einicherlei weiſs geletzt / oder gehindert ſeien / es ſei mit vberbauwe mit ſchelt / od mit andern vnzimlichen dingen die darauff nit gehörig ſeint. 2.

Ob die kirch in lőblichem bauwe gehalten werde / es ſei mit mauren / mit gedegß / mit finſtern / mit allem das darzu nőtig iſt 3.

Ob der kirchoff wol gefreiet / das kein vnuernunfftig thier darauff gange. 4.

Ob der heilig Tauff in ehren gehalten vnnd beſchloſsen ſei. 5.

Ob auch einig kindt verſaumpt worden vnnd vngetaufft plieben durch iemantz ſchuldt. 6.

Ob auch einig kint das nicht getaufft iſt / auff den kirchoff begraben ſei worden. 7.

Ob iemant ſei der nit entpfangen habe das heilig Sacrament der heiligen firmung. 8.

Ob iemant das Sacrament der Bůß veracht vnd nit zur oſterlicher zeit gebeicht / noch zum hochwirdigen Sacrament des altars gangen. 9.

Ob auch iemant geſtorbē ſei ohne die heilige Sacramenten durch iemandts verſaumnis oder ſein ſelbs verachtung. 10.

Ob auch iemant freuentlich hab geredt / wider das 11.

 hoch-

hochwirdig ſacrament des altars/ vnd nicht gantzen glauben darzu gehabt.

12\. Ob auch ſonſt das wirdig Sacrament beſchloſſen vnnd erhlich mit ſtetigem geleucht gehalten werde.

13\. Ob auch iemant verſaumpt worden an ſeinem letſten abſcheiden/ dem das Sacrament des heilige öle nicht worden.

14\. Ob auch sein die anders wohin beichten oder die Sacrament empfahen/ dan bei ihrem paſtor.

15\. Ob auch iemant ſeinem paſtor oder ſonſt priſteren vnehr oder freuel hab angebotten/ vnnd bewieſsen.

16\. Ob auch iemant freuentlich in dem bann iar vnd tag geweſsen ſei.

17\. Ob iemant vbertretten hab das erſte Gebot Gottes/ Jch gelaub an Gott. etc. mit ſegnen/ mit zauberen/ wahrſagen oder verborgne ding zu offenbaren vnnd waſs darzu gedienen mag.

18\. Ob iemant ſolcher leuthen gelaubt/ rath võ ihnen geſucht/ oder hilff begerdt.

19\. Ob iemant vnzimliche ſchwöre gethun hett oder ſonſt freuentlich in zorn wider Gott vnnd die heiligen geredt.

20\. Ob iemant falſchlig geſchworen hett im gericht oder auſsem gericht.

21\. Ob iemant den heiligen tag ſo gebotten were zu feiren/ gewircket oder gebrochen hett.

22\. Ob iemant am Sontag vnnd anderen gepottenen feirtagen nit zur kirchen gangen/ Meeſs vnd Predig mit andacht vnd fleiſs gehört.

23\. Ob auch iemant vnder oder alspalt nach der predig aus der kirchen lauffe/ wer die ſeindt.

24\. Ob auch iemãt ſonſt vnd dẽ ampt der hellig ẽ meeſsẽ

alſs

alſs nach offhebung vnd zeigung des hochwirdigſten Sacraments auſslauffe vnd nit der priſterlichen benediction oder ſegnung erwart.

Ob iemand were der vatter vnd mütter vnehre er- 25.
potten hett mit worten oder wercken.

Ob etwan die eltern hinläſsig ſeien / ihre kinder 26.
von wegen der vbelthat vnnd vntugent zů ſtraffen.

Ob iemant ſei ein todtſchläger / oder ſonſt der ſeinē 27.
Brůder geſchlagen.

Ob iemant were welcher antreffen die Ehe / vber 28.
ſpil oder ehebruch getrieben heimlich oder offenbar dar durch die gemein geergert.

Ob einige die vnehlich ſitzen / ſampt wohnenn. 29.

Ob etliche ſampt die Ehe beſitzen / die doch ver- 30.
wantſchafft / gelöbt halben oder geuatterſchafft halben nit ſollen die heilige Ehe beſitzen.

Ob einige Eheleuth zů ſament gehören / nit beiein- 31.
ander ſeeſsen / wer die ſeindt.

Ob etliche weren die der official zuſammen geůr- 32.
theilt hette / vnd des nicht vollenbrechten.

Ob iemant mit Cloiſter Jungfrawen / mit nichtn 33.
vnnd mit mägen / mit geuatterſchafft / mit ledigen diernen geſundiget hett.

Ob iemant vnrechte guter beſitz / ein wucherer ſei / 34.
zweierlei gewichte vnnd maſs habe / oder mit falſcher muntz vmbgehe.

Ob etliche werē die ihren kirchen zēhendē nit gebē. 35.

Ob iemant ſein iargezeit oder ander geſöt guter zu
der h. kirchen nit auſsgericht noch geben wolt / vnd in- 36.
ſonderheit Teſtamēt nit auſsgericht weren / oder andere almuſen: An weme der gebrech ſeie.

# De Cuſtodibus.

37. Ob auch renthen vnd gulde der kirchen/oder zinſs darzů geſetzt vnd gegeben / fleiſsig vnd wol auſsgericht werden/das Gottes dienſt dar geſchehe vnd volbracht werde / als dir ihenen / dar zů gegeben/ geſtifft/vnd ordiniert haben.

Ob auch die Brudermeiſter/ vnd die kirchenmeiſ-
38. ter vor ihrem paſtor vnnd den Sendtſcheffen im iar
eins rechenſchafft thunt/ von allem einnemen vnnd
auſsgeben der kirchen gütern alſs ſich das gepurth.

## QVID CVSTODES DOCERE debeat Paſtor.

## Cuſtodibus tria iniungenda ſunt.

PRimò ne claues Eccleſiæ cuiquam tradant, preterquam Paſtori, aut abſente Paſtore, alicui ex Synodalibus, qui Eccleſiæ quoque ſunt iurati, maximè temporibus turbulentis & periculoſis, vt in tranſitu militum, conatibus & molitionibus hæreticorum.

Secundò, vt ea quæ ab Eccleſia in ſuam cuſtodiam recipiunt, ſub inuentario recipiant, ne quid Eccleſiæ depereat, alienetur, vel quocunque modo amittatur. Qua ratione cuſtodum quoq;, eorumq; hæredum ſecuritati conſulitur, ne plus ab illis repetatur, quã acceperint.

Tertiò, mandandum eſt cuſtodibus, vt templum, & in templo omnia ſeruent munda, ne quid ſit in domo Dei in quo vniuerſus populus ad diuinum cultum, & ad ſalutis ſuæ doctrinam atque Sacramenta percipienda conuenit, quod ſit à reuerentia talis loci alienum. In primis autem ijs iniungitur, vt coram venerabili Sacramento perpetuò interdiu & nocturno tempore ſit lumen, vel ex redditibus fabricæ, vel ſi illi ſunt tenuiores, ex collatione Parochianorum, vel ex pœnis à ſe & Synodalibus irrogatis delinquentibus.

## IVRAMENTVM CVSTODIS QVEM ALIBI Nuncium Eccleſiæ, aut Magiſtrum vocant.

ICH. N. verheiſse vnd gelobe Gott vnd ſeiner lieben Můtter/allen heiligen vnd S. N. dieſer pfarkirchen oder Capellen patron/das ich trewlich alle kirchiſche guter

ter vnd ſachen/ fürnemlich aber die ſchluſsel der kirchen verwahren wil/ ſo lange ich am ampt bin/ gelobe auch dieſelbige ſchluſseln niemandt wider den willen meines pfarherns oder deſs pfarherns geiſtliche Oberſtehr zu lieberen. Jha dem pfarherr/ oder der geiſtlicher oberkeit/ als Biſchoff/ Chörbiſchoff/ Landtdechant/ will ich in allē dingen ſo mein ampt ahntrifft/ vnd ſo lang ich diſs ampt haben werde gehorſam ſein/ vnd was der kirchen nutzlich/ vnd zierlich ſein wirt/ das wil ich beforderen/ was aber dem dienſt Gottes abbrůchich/ der kirchen ſchaedtlich oder vnehrlich mage ſein/ nach meinem vermoegen/ vmb Gottes vnd meiner armē ſeelē heil willen/ gern vnd fleiſsig allezeit verhinderen/ So hilffe mir Got vnd alle ſeine heiligen. Amen.

## INSTRVCTIO OBSTETRICVM.

PAſtor admoneat obſtetrices vt omnes ſuperſtitiones circa infantes & matres vitent. 1.

Vt nunquam baptizent infantem in quo non appareant probabilia ſigna vitæ. 2.

Ne vnquam baptizent infantem abſq; neceſsitate, hoc eſt, niſi in periculo probabili mortis. 3.

Vt non baptizent puerum antequam perfectè ſit natus & egreſſus ex vtero matris, niſi in periculo mortis. Si tamē caput in quo fundantur omnes ſenſus, primò egrediatur, debet baptizari periculo imminente, & non eſt poſtea rebaptizandus, ſi eum perfectè naſci contigerit. Item quæcunq; alia pars egrediatur, ea baptizanda eſt, periculo imminente. Quia tamē in nulla alia parte integritas vitæ ita conſiſtit ſicut in capite, quacunque parte corporis abluta ſiue baptizata, puer poſt perfectā natiuitatem baptizādus erit ſub hac forma. Si nō es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris & filij & ſpiritus ſancti. 4.

Vt formam baptizandi benè ſciant, & diſtinctè proferant, dicendo 5.
lingua vernacula. Jch tauffe dich ihm namen des vatters ✠ vnd des Sons ✠ vnd des heiligen Geiſts ✠ Amen. ſimul infundendo aquam, & verba proferendo.

# De Obſtetricibus.

## IVRAMENTVM OBSTETRICVM QVOD PASTOR EXIGET PRAEſentibus quibuſdam ex honeſtioribus matronis Parochiæ, & Synodalibus.

ICH N. verheiſſe Gott dem almechtigen/ der hochgelobten Mütter vnnd allezeit Iunckfrawen Mariae / Sant N. patron dieſer pharkirchen / allen lieben heiligen Gottes/ vnd euch meinem paſtor in gegenwirtigkeit aller vnmbſtehenden perſonen daſs ich meinem hebampt fleiſsig vnd trewlich nachkhommen will/ vnd allen ſchaden/ ſo viel mir müglich an Mütter vnnd kindt / vermeiden. Vnd meines ampts mich zügebrauchen nit vnderſtehen / da etwan gefhar moege fhurhanden ſein/ es ſei dan mit rhat vnd hilff anderer in ſolchem handel vnd noeten wol erfharen. Item das ich keinerlei zauberei oder aberglauben brauchen will / ſonder mit dem Tauff vnnd in allen ſtucken mich der Chriſtlichen kirchen vnd weiſe/ vnd der vnderrichtung mines paſtors gemes halten. Darzü mir Gott helffe.

## Quid populum Chriſtianum ſibi commiſſum debeat Parochus docere

PRimò doceat omnes modum ſignandi ſe ſigno crucis, eoque frequenter vtendum in fronte, ore, atque pectore, etiam declaret vtilitates & myſteria S. Trinitatis, incarnationisque dominicæ atque redemptionis noſtræ, quæ ſignificantur tali cæremonia.

## Tertulianus de Corona militis in initio agens de traditionibus Eccleſiaſticis, paulò poſt Apoſtolica tempora.

## Docenda populum.

AD omnem progreſsum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum & calceatum, ad lauacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quęcunque nos conuerſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terimus, harum & aliarum huiuſmodi diſciplinarum, ſi legem expoſtules ſcripturarum, nulla legis ttaditio tibi prætendetur, auctrix conſuetudo, confirmatrix & fidei obſeruatrix.

### HIERONYMVS AD PAVLAM.

IN principio cuiuſlibet operis præmitte orationem dominicam & ſignum crucis in fronte.

### CHRYSOST. Hom. 21. To. 4.

CVM (inquit) es ianuæ veſtibula tranſgreſſurus, hoc prius loquere verbum. Abrenuntio tibi Sathana, & coniungor tibi Chriſte, nec vnquam abſque hac voce exeas, hæc erit tibi baculus, hæc armatura, hæc turris inexpugnabilis, cum hoc verbo & crucem in frontem imprime, ſic enim non tantùm homo occurrens, verum nec ipſe diabolus te quicquam lędere poteſt.

### DOCERE ETIAM DEBET QVAE SEQUUNTUR.

## Oratio dominica.

Pater noſter qui es in cælis

Sanctificetur nomen tuum. 1.

Adueniat regnum tuum. 2.

Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra. 3.

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. 4.

Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. 5.

6. Et ne nos inducas in tentationem.
7. Sed libera nos à malo. Amen.

## Salutatio Angelica.

Aue Maria gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Et benedictus fructus ventris tui. Ieſus Chriſtus.

Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc & in hora mortis noſtræ. Amen.

## Symbolum.

PRIMA PARS DE CREATIONE.

1.

Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ.

SECVNDA DE REDEMPTIONE.

2.

Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum dominum noſtrum.

3.
Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine.

4.
Paſsus ſub Pontio Pilato, crucifixus mortuus & ſepultus.

5.
Deſcendit ad inferna, tertia die reſurrexit à mortuis.

6.
Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis.

7.
Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos.

## Tertia pars de ſanctificatione.

8.
Credo in ſpiritum ſanctum.

9.
Sanctam Eccleſiam catholicam, Sanctorum communionem.

10.

Remiſsionem peccatorum.

11.

Carnis reſurrectionem.

12.

Et vitam æternam. Amen.

## DECEM PRÆCEPTA DEI IN VETERI TESTAMENTO IN DVAbus tabulis lapideis per Moyſen data, & in nouo teſtamento explicata, & ad perfectionem adducta.

1.

Ego ſum Dominus Deus tuus.

Non habebis deos alienos corā me.

Non facies tibi ſculptile, vt adores illud.

2.

Non aſumes nomen Dei tui in vanū.

3.

Memento vt diem Sabbathi ſanctifices.

### Secundæ tabulæ præcepta.

4.

Honora patrem & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram.

5.

Non occides.

Non

6.
Non mœchaberis.

7.
Non furtum facies.

8.
Non loquêris contra proximum tuum falſum teſtimonium.

9.
Non concupiſces vxorem proximi.

10
Non domum, non agrum, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, & vniuerſa quæ illius ſunt.

HAEC ETIAM, HIS VERSIBVS MEMOriæ cauſa, addiſci poſſunt.

Vnum crede Deum: nec iures vana per ipſum
Sabbata ſanctifices: habeas in honore parentes.
Non ſis occiſor: fur, mœchus: teſtis iniquus.
Alterius nuptam: nec rem cupias alienam.

## Quinque præcepta Eccleſiæ.

Præcipua quinque numerantur, cuique Chriſtiano & citu, & obſeruatu neceſſaria.

1. Statutos Eccleſiæ feſtos dies celebrato.
2. Sacrum Miſſæ officium diebus feſtis reuerenter audito.
3. Ieiunia certis diebus, temporibusq́; indicta obſeruato. vt in Quadrageſima, quatuor anni temporibus, & Feſtorum quorundam ſolennium pridianis diebus, quos maiores noſtri, quod iiſdem temporibus in templis noctu peruigilaretur, vigilias appellârunt.
4. Peccata tua Sacerdoti proprio annis ſingulis confitetor.
5. Sacroſanctam Euchariſtiam ad minimum ſemel in anno, idq́ue circa feſtum Paſchæ, ſumito.

V 3 Sep-

# Docenda populum.

## Septem Sacramenta.

1. Baptiſmus.
2. Confirmatio.
3. Euchariſtia: quæ conſiſtit in quinque, ſcilicet:
   1. In ipſius veritate.
   2. In panis & vini conſecratione.
   3. In adoratione debita.
   4. In eius oblatione.
   5. In eius ſumptione.
4. Pœnitentia.
5. Etrema Vnctio.
6. Ordo &
7. Matrimonium.

## Septem peccata Capitalia.

1. Superbia.
2. Auaritia,
3. Luxuria.
4. Inuidia
5. Gula.
6. Ira.
7. Accidia.

SALIGIA.

Quibus oppoſitæ ſunt virtutes ſeptem, ſcilicet:

1. Humilitas
2. Largitas.
3. Caſtitas.
4. Benignitas.
5. Tēperantia.
6. Patientia.
7. Deuotio, ſeu ſedula pietas.

## Sex peccata in Spiritum Sanctum.

1. Præſumptio, vel de { Miſericordia Dei.
2. Deſperatio. { Impunitate peccati.
3. Agnitę veritatis impugnatio.
4. Fraternæ charitatis inuidentia.
5. Obſtinatio. &,
6. Impœnitentia.

## Quatuor peccata in cælum clamantia. Gen. 4. & 18. Exod. 22. Iacob. 5.

1. Homicidium voluntarium.
2. Peccatum Sodomiticum.
3. Oppreſsio Pauperum, Viduarum, & Pupillorum, &c.
4. Merces operariorum defraudata.

Pec-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Peccata aliena, quæ imputantur nobis, nouem modis fiunt, ſcilicet.

1. C onſilio
2. I uſsione.
3. Conſenſu.
4. I rritatione.
5. Laudatione.
6. Reticentia culpæ alienæ.
7. Conniuentia, vel Indulgentia.
8. P articipatione rei alienæ.
9. Defenſione praua, facti alieni.

Tribus gradibus ad peccandũ deducimur. Pro. 11. 1. Ioan. 1. { Suggeſtione. D electatiõe. Conſenſu.

## Opera carnis, quæ recenſet D. Paul. ad Galat. 6. ſunt.

| | | |
|---|---|---|
| F ornicatio. | I nimicitiæ | I nuidiæ. |
| I mmundicia. | C ontentiones. | H omicidia. |
| I mpudicitia. | Ae mulationes. | Ebrietates. |
| L uxuria. | R ixæ. | Commeſſationes |
| I dolorum ſeruitus. | Diſſentiones. | & his ſimilia. |
| V eneficia. | S ectæ. | |

Qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur, ait D. Paul: ad Gal. 6.

## Tria genera bonorum operum. Matth. 6. Tob. 12

1. Ieiunium.
2. Oratio. &
3. E leemoſyna.

## Septem opera Miſericordiæ corporalia.

Matth. 25.

# Docenda populum.

1. E ſurientes paſcere.
2. P otum dare ſitientibus.
3. Operire nudos.
4. C aptiuos redimere.
5. AE grotos inuiſere.
6. H oſpitio peregrinos ſuſcipere.
7. M ortuos ſepelire.

## Septem opera miſericordiæ Spiritualia.

1. P eccantes corrigere.
2. I gnorantes docere.
3. Dubitantibus rectè conſulere.
4. P ro ſalute proximi Deum orare.
5. C onſolari mœſtos.
6. F erre patienter iniurias.
7. Offenſam remittere.

## Tres virtutes Theologicæ.

1. Corinth. 13.

1. Fides.
2. Spes, &
3. Charitas.

## Quatuor virtutes Cardinales.

Sap. 8. Tit. 2.

1. Prudentia.
2. Iuſtitia.
3. Temperantia.
4. Fortitudo.

## Septem dona ſpiritus Sancti.

Eſa. 11. 1. Ioan. 2.

# Docenda populum.

1. Sapientiæ.
2. Intellectus.
3. Conſilij.
4. Scientiæ.
5. Fortitudinis.
6. Pietatis
7. Timoris Domini.

# Duodecim fructus Spiritus ſancti.

Galat. 5.

1. Charitas
2. Gaudium.
3. Pax.
4. Patientia.
5. Longanimitas.
6. Bonitas.
7. Benignitas.
8. Manſuetudo.
9. Fides.
10. Modeſtia.
11. Continentia.
12. Caſtitas.

# Octo beatitudines.

Matth. 5. Luc. 6.

1. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.
2. Beati mites, quoniam ipſi poſsidebunt terram.
3. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.
4. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.
5. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.
6. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.
7. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.
8. Beati qui perſequtionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.

## Tria Conſilia Euangelica.

Actor. 4. Matth. 19.

1.

Paupertas voluntaria.

2.

Caſtitas perpetua.

3.

Obedientia integra.

## Quatuor hominis nouiſsima.

Eccleſ. 7.

1.

Mors.

2.

Iudicium.

3.

Infernus.

4.

Cæleſtis gloria.

FINIS.

# PROFESSIO FIDEI QVAM, IVXTA CONCILII TRIDENTINI DISPOSITIONEM, OMNES, QVOS DEINCEPS CATHEDRALIBVS, ET SVPERIORIBUS Eccleſijs præfici, vel quibus de illarum Dignitatibus, Canonicatibus & alijs quibuſcunque beneficijs Eccleſiaſticis, curam animarum habentibus prouideri continget, facere ex decreto atque mandato ſpeciali Pij quarti Pontificis Maximi, debent.

EGO. N. firma fide credo & profiteor omnia & ſingula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Eccleſia vtitur, videlicet: Credo in vnum DEVM, patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, viſibilium, omnium & inuiſibilium. Et in vnum Dominum IESVM CHRISTVM filium Dei vnigenitum, & ex patre natum ante omnia ſæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine, & homo factus eſt, crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt, & reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas, & aſcendit in cælum, ſedet ad dexteram Patris, & iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum dominum & viuificantem, qui ex patre filioque procedit, qui cum patre & filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per prophetas. Et vnam ſanctam, Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum baptiſma in remiſsionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſæculi,

AMEN.

# Profeſsio Fidei.

Apoſtolicas & Eccleſiaſticas traditiones, reliquasq; eiuſdem obſeruationes, & conſtitutiones firmiſsimè admitto, & amplector.

Item ſacram Scripturam, iuxta eum ſenſum, quem tenuit & tenet ſancta mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu & interpretatione ſacrarum ſcripturarum, admitto, nec eam vnquam, niſi iuxta vnanimem conſenſum patrum, accipiam, & interpretabor.

Profiteor quoque ſeptem eſſe verè & propriè Sacramenta nouæ legis, à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis licet non omnia ſingulis neceſſa ria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre: & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem, ſine Sacrilegio reiterari non poſſe.

Receptos quoque & approbatos Eccleſię Catholicę ritus in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione, recipio & admitto.

Omnia & ſingula, quæ de peccato originali, & de iuſtificatione in ſacroſancta Tridentina Synodo definita & declarata fuerunt, amplector, & recipio.

Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo, verum, proprium, & propitiatorium ſacrificium pro viuis & defunctis, atque in ſanctiſsimo Euchariſtiæ ſacramento eſſe verè, realiter, & ſubſtantialiter corpus & ſanguinem, vnà cum anima & diuinitate domini noſtri Ieſu Chriſti, fierique conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, quam conuerſionem Catholica Eccleſia Tranſſubſtantiationem appellat.

Fateor etiam ſub altera tantùm ſpecie, totum atque integrum Chriſtum, verumque ſacramentum ſumi.

Conſtanter teneo, Purgatorium eſſe, animasque ibi detentas fidelium ſuffragijs iuuari.

Similiter & Sanctos vnà cum Chriſto regnantes, venerandos atque inuocandos eſſe, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias eſſe venerandas.

Firmiter aſſero, Imagines Chriſti ac Deiparæ ſemper virginis, nec non aliorum ſanctorum habendas & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem & venerationem impertiendam.

Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumque vſum Chriſtiano populo, maximè ſalutarem eſſe affirmo.

# Profeſsio Fidei

Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam, omnium Eccleſiarum matrem. & magiſtram agnoſco. Romanoque Pontifici Beati Petri Apoſtolorum principis, ſucceſſori, ac IESV CHRISTI vicario, veram obedientiam ſpondeo, ac iuro.

Cætera item omnia à ſacris Canonibus, & oecumenicis Concilijs, ac præcipuè à ſacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita & declarata, indubitanter recipio atque profiteor, ſimulque contraria omnia atque hæreſes quaſcunque ab Eccleſia damnatas & reiectas & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor & veraciter teneo, eandem integram & immaculatam, vſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſsimè (Deo adiuuante) retinere & confiteri; atque à meis ſubditis, ſeu illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. ſpondeo, voueo, ac iuro, ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia

(.)

IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. & cæt. Ioan. I.

X BE.

# BEKANNTNUS DES ALGEMEI nen Catholiſchen vnd Apoſtoliſchen Glaubens.

ICH N. glaub veſtiglich vnd bekenne alles vnnd iedes das da begriffen iſt in der form deß Chriſtlichen glaubens / welchen die Römiſche Kirch im gebrauch vnd herkōmen hatt. Nemlich volgender weiſſe Ich glaub in einen Gott vatter den almechtigen / der ein ſchepffer iſt des himmels vnd der erdenn / aller ſichtbarer vnd vnnſichtbarer ding. vnd in einen hern Jeſum Chriſtum den eingebornē Son Gottes / der geborn iſt aus dem vatter von ewigkeit / Gott von Gott / liecht vom liecht / ein warer Gott von warem Gott / geboren vnd nit erſchaffen / einer gleicher ſubſtantz vnnd weſſenlicheit mitt dem vatter / durch welchem alle ding erſchaffen ſeint. Der vmb vnſer menſchen vnd vmb vnſers heils willen von dem himmel herab kom̄en / vnd fleiſch worden durch den heiligen Geiſt auß der Jūgfrawen Maria auch menſch worden iſt. Der fur vns an das Creutz geſchlagen / vnder Pōtio Pilato gelitten hatt vnd begraben iſt. Der aufferſtanden iſt am dritten tag nach außweiſung der ſchrifft / vñ iſt auffgefaren in den himmell / vnd ſitzet zu der gerechten des vatters / vnd widerumb kommen wirdt mit herligkeit zu richten de lebendigen vnd die todten / Deſſen Reich kein endt habē wirdt. Ich glaub auch in dē heiligen Geiſt den herren vnd der da lebēdig macht / der von dem vatter vnd dem Son außgehet / Welcher mit dem vatter vnnd dem ſon ſamentlich wirdt angebetten vnnd geehret / der da geredt hatt durch die

Pro-

Propheten. Jch glaub auch ein heilige Algemeine vnd Apoſtoliſche Kirch. Jch bekenne einen Tauff zu vergebung der ſunden/vnd bin erwardten die aufferſteheung der todten / vnnd das leben der kunfftigen welt. AMEN.

Jch laſs gern zu vnd nem ohn zweifelich an die traditiones/ſatzung/ordnung/vnd gebrauch/ſo von den heiligen Apoſtelen vnnd der Kirche verordinet vnnd auff geſetzt ſein. Die heilige Schrifft nim ich an in dem verſtādt vnd meinung den biſs dahero gehalten hatt vnnd noch helt die heilige Mutter Chriſtlicher Kirchen (bei welcher allein vber den verſtandt vnnd auſslegung der ſchrifft zu vrtheilen der gewalt vnnd macht iſt.) Jch wil auch die heilige ſchrifft nimmermehr anders annemen vnnd auſlegen dan nach einhelligen verſtandt der heiligen Vätter.

Jch bekenn auch das warhafftig vnnd eigentlich ſein ſieben Sacrament des newen geſetz/welche von Jeſu Chriſto vnſerm hern ſeint eingeſetzt vnnd verordnett zum heil mēſchlichen geſchlechts (wie wol nit alle einem ieden notwendig.) Nemlich der tauff/ die Firmung/ das Sacrament des Altars oder Euchariſtiae/die Būſs/die leſte Oelung/der geiſtlicher Orden/vnd die Ehe. Das dem menſchen auch durch ſolche Sacramenten gnadt mit getheilt werde/ vnd auſs denſelben der tauff/Firmung/vnnd geiſtlicher Orden/ ohne ſchwere ſundt oder gottslaſterung nit mehr alſs einmal von einem iedē menſchen möge angenommen vnnd gebraucht werden.

Jch laſs auch zu vnnd nim an de gewonheit Ceremonien

remonien vnnd ordnungen/ wie ſie bei der Catholiſchen Kirchen in vbung/ vnnd gebrauch derſelbigen Sacramenten herkommen vnnd angenommen ſeind.

Ich nim auch an vnd laſs mir gefallen / alles vnd iedes was von der erbſundt vnnd rechtfertigung in dem iungſt gehaltenen heiligen Concilien zu Trient erklert vnd beſchloſsen iſt./

Ich glaub auch vnnd bekenne das in der heiligen Meſse Gott dem almechtigen ein recht wahr verſünlich opffer fur die lebendigen / vnnd die verſtorbnen auffgeopffert vnd furgetragen werde.

Das auch in dem heiligſten Sacrament des Altars wahrhafftig / leibhafftig mit gantzer ſubſtantz vnd weſen ſei der wahr leib vnd blůt mit der ſeel vnd Gottheit vnſers hern Jeſu Chriſti. Das auch ein warhaffte verwandlung der weſenheit oder gantzen ſubſtantz des brotts in den leib / vnd des weins/ in das blůt geſchehe / welche verenderung oder verwandlung die heilige Catholiſche Kirche zu latein nennet Tranſubſtantiationem

Ich bekenne auch vnnd glaub/ das vnder einer geſtalt allein/ der gantze vnd vnuerſcheiden Chriſtus/ vnd das rechte wahre Sacramentt empfangen vnnd genoſſen werde.

Ich halt es fur ohn zweiffenlich das ein fegfewr ſei/ vnnd daß das gebett vnnd andacht der glaubigen den ſeelen / ſo darin enthalten werden zu nutze komme.

Ich

Ich glaub auch vnd halt es fur recht/ das die liebe heiligen/ ſo ietzt mit Chriſto rigieren/ zu eheren vnd anzuruffen ſeiẽ/ das ſie auch ihr gebett fur vnß/ Gott dem almechtigen furtragen/ das auch ihr gebein/ vnnd was von ihnen hie auff erden nachgelaſsen vnd zu finden iſt/ zu ehren ſei.

Ich ſag auch beſtendihlich das die bildtniſs vnſers Herren Chriſti/ ſeiner lieben Mutter der Gottes gebererin vnd ewigen iungfrawen Marie/ auch anderer lieben heiligen zu behalten vnd der gebur nach zu ehren ſeien.

Ich geſtehe auch vnd bekenne wahr zuſein/ das der gewalt/ ſo man dẽ Ablaſs/ oder zu Latein Indulgentias nennet/ der Chriſtenlichen Kirchen von Chriſto nachgelaſsen/ vnd dern gebrauch dem Chriſtlichen volck gantz heilſam ſei.

Ich erkenne auch die algemeine oder Catholiſche/ Apoſtoliſche Roimſche Kirche fur die rechte Mutter vnnd meiſterin aller kirchen. Sag auch zu vnnd verſprich vnnd ſchwere der Päpſtlichen heiligkeit zu Röm/ alſs dem rechten waren nachfolger des heiligen vnnd furnemſten Apoſtels Sanct Peters vnnd Statthalter Jeſu CHRISTI/ warhafften gehorſam zu leiſten.

Auch alles ſo in den heiligen ſatzungen vnd algemeinen Concilien vnd furnemlich von dem heiligen Concilio zu Trient beſchloſsen vnnd erklert iſt/

das nim ich an ſonder allen zweiffel. Vnd was dem zuentgegen iſt ſampt allen ketzereien vnd aberglauben ſo von der Kirchen verflucht/verdampt vnd verworffen ſeindt/ die verfluche/ verdamme vnnd verwirff ich gleichfals

Dieſen waren Catholiſchen/ das iſt/ Algemeinen Chriſtlichen glauben/ auſserhalb deſſen niemãt kan ſelig werden/ den ich hie offentlich/ freiwillig bekenn vnd warhafftig glaub. Den will ich mit der gnaden Gottes/ ſteet vnwanckelbar vnnd vnbefleckt biß zu meinem leſten ſeufftzen ſtandthafftig behalten vnd bekennen.

Ich will auch ſo vill an mir iſt daran ſein vnnd verſchaffen das derſelb von denen ſo mir vnderthan oder ſunſt meiner ſorg vndergeben ſeint alſo gehalten/gelehrt vnde gepredigt werde.

Solches verheiſch/verſprech vnnd ſchwere ich. N. vorgemelt/ alſo helffe mir Gott vnnd diſes heilige Euangelien Gottes.

Im anfang war das wordt/ vnd das wordt war bei Gott/ vnnd Gott war das wordt et c. Joan. 1.

FINIS.

LAVS DEO OMNIPOTENTI.




IMPRESSVM TREVERIS ANNO 1. 5. 74.

# ERRATA QVAEDAM

## PRAECIPVA IN HAC PRIORI PARTE

Agendæ commiſſa.

| Pagina | Linea | |
|---|---|---|
| V. | 11. | in fine lineæ poſt (circa perſonã) adde (maioris lucis gratia) quæ in foro exteriori debetur. |
| VII. | 32. | pro ſpũlis lege ſpiritualis. |
| XIIII. | 7. | pro hune, lege hunc. |
| XVIII. | 6. | ante Omnibus, præpone, ab. |
| XXV. | 15. | Item XLIX. 15. & LVII. 12. pro **aller ſeiner**, lege, **allem ſeinem.** |
| LX. | 21. | pro L. lege LII. |
| LXI. | 12. | pro Intra, lege Inter. |
| LXI. | 21. | pro Omiſerint, lege admiſerint. |
| LXX. | 16. | pro Chriſti, lege Chriſto. |
| LXXXI. | 3. | pro Iniuſſum, lege Miſſam. |
| LXXXI. | 31. | pro Pugnans, lege Pugnas. |
| LXXXIX. | 14. | pro Simoniam, lege Simonia. |
| LXXXIX. | 33. | pro rogabuntur, lege rogabantur. |
| XCIIII. | 33. | pro Occupat, lege Occupant. |
| XCV. | 4. | pro vſitatis, pone viſitatis. |
| XCV. | 15. | pro recipiuntur, pone recipiunt. |
| CXIIII. | 3. | pro Opponat, dic apponat. |
| CXXXII. | 28. | pro tui, lege tuam. |
| CXXXIII. | 3. | pro ſperantes, lege ſperantem. |
| CLX. | 9. | ante animæ, pone ſignum parentheſis ( |
| CLXII. | 12. | pro demorbuntur, pone demorabuntur. |
| CLXIIII. | 18. | poſt, de hoc, adde, ſæculo. |
| CLXVI. | 21. | poſt Vobiſcum. adijce, Reſpon. Et cum ſpiritu tuo. |
| CLXXIIII. | 14. | pro effeſtus, lege effectus. |
| CLXXIIII. | 17. | pro Parochicum, lege Parochi cum. |
| CLXXXII. | 27. | pro Vocabis, pone Vacabis. |
| CXCIIII. | 20. | pro tuam, lege ſuam. |
| CXCVI. | 3. | pro tuos, lege ſuos. |
| CXCIX. | 13. | dele in. |
| CC. | 17. | pro ſempiterne, pone ſempiternus. |
| CC. | 20. | pro in ſotietate ſanctam, lege in ſocietate ſancta. |
| CCIIII. | 6. | expugne, & |
| CCVI. | 18. | aufer non. |
| CCVIII. | 11. | pro dimittitur, pone dirimitur. |
| CCXX. | 7. | pro quidq;, lege quodq;. |
| CCXXIII. | 10. | pro **ſei/** pone **ſie.** |
| CCXXVI. | 5. | pro **dir/** lege **die**, & poſt **ihenen.** adde, **ſo darzu/**&c. |
| CCXXVII. | 35. | pro Proſerendo, pone proferendo. |

Sunt & alia, quæ ſubrepſerunt, ſed ea ſunt huiuſmodi, quæ ab omnibns facilè animaduerti, & corrigi poſſunt.

Ex libris Collegij Moguntini Societatis Jesu.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
415a